М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ

Залъ Г.
Шкафъ 3 Полка 7.
№ 43

Jndice

1759-1761.

PR

IN

Serenis

gno

sovia

Dolia

veria

rio Du

Illmi

Konsku

CHOW

Illmi

tis de

Cacov

Silner

Di Joa

ces Mi

a

I a

PROTOCOLLO (N)
INSCRIPTIONUM.

Regnante

Serenissimo Augusto III. Rege Polonia, Magno Duce Lithvania, Russia, Prussia, Mazovia, Samogitia, Kijovia, Volchynia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolensciae Severia, Czerniechovia. Necnon Hæreditario Duce Saxonia & Principe Electore.

Ad Relationem

Illmi & Excellmi Domini Joannis Comitis in Konskie & Bialaczow a Malachowice MALACHOWSKI Supremi Cancellarij Regni, Opocznen & Ostrolucen Capitanei.

Nec non

Illmi & Excellmi & Revdmi Domini Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien, Abbatij Cervenen & Clarae Tumbae Mogilnens & Procancellarij Regni.

Notariatu verò

Dni Joannis Nepomuceni Slominski Metrices Minoris Cancellariae Regni Præfecti.

ab Anno 1759no Die 20. Mensis Junij Ad Annum 1761m Diem Ovam Mensis Julij.

In N
&Ina
Patri

In Nomine Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ in Vigilia Festi Sancti Thomæ Apostoli Die videlicet Vigesimâ Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimô Nonô. Regni verò Nostri Anno XXVII.

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi et mei Domini Joannis Comitis in Konolitz et Biataczow à Matachowitz Matachowski Supremi Regni Cancellarii Prodecemvirat: Ostrolœcensis &c: Capitanei

Constituit Speciales Plenipotentes Magnificus Georgius in Magna Konczyce Mniszech Marschalcus Curiæ Regni Generalis Majoris Poloniæ, Bialocerkiewien &c: Capitaneus

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quòd coram Nobis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Magnificus Georgius in magna Konczyce Mniszech Marschalcus Curiæ Regni Generalis Majoris Poloniæ, Bialocerkiewien &c: Capitaneus, sanus mente et corpore existens recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet sese subjiciendo et incorporando, palam libere ac benevole recognovit et præsentibus recognovit. Quia Ipse Generosos Theodorum Szydłowski Vexillliferum Varsaviensem et Hoszowski - Judicem Castrensem Leopoliensem, in suos veros, legitimos et Speciales Plenipotentes eligit inscribit, constituit et solenniter ordinat. Dans et concedens eis etiam insolidum unicuiq; plenariam facultatem et omnimodam pote:

statem nomine ac in rem nonnisi sui Recognoscentis ac pro interesse
ad singularem Personam tantum suam erga alios Tartovianos con-
successores sese regulanti, Compositionem amicabilem cum Generoso
Adamo Tarło Capitaneo Goszczynensi Filiisq; Ipsius, vig; in Causa
intuitu ~~Successionis~~ post Magnificum olim Joannem Tarło Palatinum
Sandomiriensem, ac quarumvis pretensionum ad Substantiam facti
illius relictam à prædicto Gnoso Capitaneo Goszczynensi ac Filiis
ejus formatarum ad Tribunal Regni Lublinense omnibus con-
successoribus Tartovianis ex variis Actoratibus instituta, ibiq; agi-
tata, ineundi et cum eodem via amicabili, id totum quod ex re
præhibata Successionis Personam directè sui Constituentis afficere
cognoverint, componendi, concludendi et finaliter determinandi,
ceteraq; omnia, quæ ad hoc interesse de Jure pertinere viderint
aut cognoverint necessaria specialesq; Plenipotentes concernentia
percagendi et exercendi. Promittens se idem mpicus Recognoscens
id totum quo ad hoc duntaxat solum interesse per memoratos Spe-
ciales suos Plenipotentes conjunctim vel etiam unum solum in ab-
sentia alterius circa ejusmodi Compositionem factum, gestum
constitutumq; ritè et legitimè fuerit, pro rato, grato, et irrevocabili,
sub Voto Centum Millium florenorum Polonicalium susceptu-
et in nullo contradicturum, Successoresq; suos Sanguinis susceptu-
ros et pariter in nullo contradicturos. Hac sua personali Recogni-
tione ad præmissa mediante. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. Georgius mnigek
mpr: Reg: Gdis Mjst: Reg:

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmissum factam et Reco-
gnitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem
ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authenticè extradi permisimus. In quor fidem &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbathô in Crastino
Festi Sancti Thomæ Apostoli Die sed:
cet Vigesimâ Secundâ Mensis Decem-
bris Anno Domini Millesimô septin-
gentesimô Quinquagesimo Nonô Nõi
verò Nostri Anno LXVII.
Ad Relationem Illrmi Excellmi et mfici D.
Supremi Rnõ Cancellarii ut sup. Obla-

Oblata Literarum missivarum à Venerabili Consistorio Scepusiensi ad Jum Sendzimir Judicem Castrens Sandecens Directarum.

Augustus Pertius &c.

Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria nostra minoris comparens personaliter Generosus Joannes Kobylanski obtulit ad acticandum, Actisq; praeventibus ingrossandum Literas missivas papyreas latino idiomate scriptas à Vbli Consistorio Scepusiensi ad Jum Judicem Castri Sandecensis directas, cum Sigillo intus et extra appresso munitas, sanasalvas et illaesas, tenoris sequentis: Illustris ac Magnifice Domine Judex Castri Sandecensis, Domine nobis Colendissime. Importune sane accidit, quod in communi V. hujus Capituli negotio, tam Illustrissimum Dominum Episcopum Nostrum Terre hujus Scepusiensis Praepositum et Vicarium Generalem, quam Reverendum Dnum V. hujus Capituli Lectorem Domo abesse contingat, Ut adeo pretam à Nobis in negotio Religionis per nos facte Protestationis ejusdemq; sub Authentico Archi-Episcopalis hujus Consistorii Sigillo jam ad Castrum Sandecense, et subinde ultra directa, Attestationem submittere haud valeamus, Cum praefata Protestationis copia in omnibus genuino Originali suo conformis eorundem praemanibus habita actu desideretur. Quantum nihilominus memoria Nostra humanitus retineri potuit, Synopsim Protestationis ejusdem quoad substantiam subnectendam censuimus; Tenor est sequens: 1o Praedicantes, qui in Menhard et Ruszquinocz sub Pientissimo Regina Poloniarum Gubernio capiebantur, rursus sub moderno Excellmo Dno Capitaneo in contemptum tantae Matris sunt introducti. 2o Depositis Catholico Graffio et Judicibus ad praemissa Officia aptis, Lutherani tam Graffius quam Judices p. ti dicti Varallyi et Klarzini excipiantur: sunt positi 3o Quod citati ad Forum Spirituale comparere detrectent, illam causam obvertentes, per modernum Excellmum Dnum Capitaneum illos inhiberi. Ita factum cum Beellyemibus, qui postquam duobus Religiosis Ord. S. Camilli de Lellis Professis Hetruria oriundis manus injecissent, ac eosdem gravibus verberibus affecissent, publicoq; Oppidi Carcere impegissent, Licet ideo repetitis vicibus citati, et per valvales etiam ad proprium Ecclesiasticum semet sistendum proclamati fuissent, comparere tamen usq; in praesens contemnunt. 4to Fundi Ecclesiarum pro Dote ab immemorabili permissi, ne per Ecclesias usurentur, non admittitur. Ita fit in Oppido Straza, ubi ne ex certis pratis Fanum pro Ecclesia hoc anno acceptum fuisset per Militarem Assistentiam ex Arce Lubo

submissum impedimentum ponebatur. Ubi tamen sub priori ad-
ministratione ordinabatur, ut quemadmodum in aliis Oppidis Lutetia
cum suis fundis, puta agris et Pratis liberè disponunt, fructus vel
in natura percipiendo, vel cui placet vendendo, hic quoq; id ipsum fiat.
Quod autem gravissimum videtur. 5to A tempore tolleratorum in
XIII. Oppidis Oratoriorum pro Lutheranis nonnisi simplicia Edificia
verum Horrea à reliquis Domibus et Horreis paulo distincta illis ad-
mittebantur, modo autem majestuosa omnia edificia altitudine
superantia ex inferiori parte ad unam circiter Orgiam Lapideam
edificantur, ita factum Durandi-Villæ, ita fuit actu in vicino Præpo-
situra et Capitulo Oppido Varallya, ubijam non Oratorium, sed ipsa
Ecclesia struitur. 6to Atq; Oratoria nonnisi XIII. Oppidorum Luthe-
rani Incolæ prius admittebantur, modo autem passim ex vicinis
Hungariæ Pagis, et Oppidis accedere permittuntur. 7mo Idem fit cum
Scholis, prius non ad alias, quàm ad Catholicas Scholas Proles suas mit-
tebant, modo privatos Secta suæ Pædagogos intertenent, vacuis inde Catho-
licis Scholis. Posita etiam est solennis et realis Protestatio coram Oppi-
Varallya inhibendo eosdem ab edificio Oratorii, et maximè in alio loco
ponendo, reposuerunt, se à nullo alio quàm ab Excellmo Dno suo Capita-
neo, à quo licentiam haberent, dependere. Patet inde Illustri ac Nobis
D. Vrâ quantum præmissa abijs Punctis discrepent, qua quasi à Nobis
prævia in Protestatione posita gratiosè Nobiscum communicare digna-
batur. Hæc sunt quæ cæterogvin in supra attacta Originali Protestatione
per extensum relata, nunc verò pro posse in compendio apposita dum
et quando opportuerit, non asserere modo, sed et comprobare, nos posse
optimè confidimus; Li in Quo tamen [quod facilè est] à primævo Prote-
stationis Instrumento serie harum devviare contigisset, at paulo men-
tionatum primævum Protestationis Instrumentum Authentico Ubuju
Consistorii Sigillo munitum regredimur, ratumillud semper et firmum
volentes. Si ita visum fuerit ejusdem Copiam Authenticam sub ad-
ventum Illustrissimi Dni Oppi Nostri, et Revendmi Dni Lectoris Capi-
tularis modalitate proxima ex superabundanti certo certius sub-
muri, ut verò dubijs certa substituantur, nil egvidem in Patres
Scholarum Piarum gravius peccatum est, constat tamen tempore la-
crilega Religiosorum Percussionis à Beellyensibus perpetrata, et
Patrem Loci ejusdem Administratorem, teste Litera ejusdem his, et
similibus convicijs lacessitum, et hunc Lurconem occidamus non
enim plus meretur Et sic liberabimur: Quæ cuncta ardenti cato-

roquin

catoroquin Illustris ac Magnifice D. Vrā pro Domo Dei zelo enixe commendamus. Datum ex Consistorio Archi-Episcopali Sepusiensi Die grā mensis Novembris Annō Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nonō celebrato. Illustris ac Magnifice D. Vrē Servi Obligatissimi. V. Graves, Joturnq; A: Eppāle Consist. Sepusiens. Locus Sigilli. Joannes Nepomucenus Nimetz V. Consistorii Archi-Eppālis Cur. Notarius. Atergo verō harum Literarum subscriptio talis = Illustri ac Magnifico Domino Andreae Sendzimir Castri Sandecensis Judici [:Pitt:] Domino Nobis Colendissimo Sandecz. Locus Sigilli foris appressi: Quas ejusmodi Literas uti ut praemissum per Oblatam porrectas, Nos ad Acta praesentia suscipi, inscribi & ex ijdem fideliter descriptas Parti postulanti Authentice extradi, Originale verō rursus offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam quietavit quietatq; praesentibus et pro majori fide manu propria sese subscripsit. Joannes Kobylański.

Actum Varsaviae ut supra.

Oblata Extractus Authentici ex Actis Castrensibus Varsavien. extradit. Contractum Sponsalitium inter Gnōsos Josephum Antonium Christianum Gabaleon Comitem Sarmatorii et Helenam Isabellam à Zabna Lubinska confectum et conscriptō in se continen.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostrae minoris Literas Extractus Authentici, ex Actis Castrensibus Capitaneatibus Varsavien. extradit. manibus Generosorum Niemicza et Grzegorzewski, subscriptas. Sigillog; Castrensi Capitaneali Varsavien. communitas sanas, salvas, et illaesas omnig; suspicione carentes Tenoris sequentis: Actum in Curia Regia Varsaviensi Feriā Secundā prīdie Festi Praesentationis Beatissimae Virginis Mariae, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimō Secundō. Ad Officium et Acta praesentia Castrensia Capit. Varsavien. personaliter veniens meus Antonius Brzozowski Judiciorum Marschalcatus Regni Regens eidem Officio et Actis praesens Contractum Sponsalitium Dresdae Die Vigesima Octavā Mensis Maji, Anno praesent. inter Illres nros Josephum Antonium Christianum Gabaleo Comitem Sarmatorii et Helenam Isabellam à Zubna Lubinska confectum et conscriptum manibus eorundem ac Illrium nrōrum Plenipotentiariorum Testium et Curatorum subscriptum, Sigillis in numero Octo communitum per Serenissimos q; Augustum Tertium Dei Gratia Regem Poloniae

Electorem Saxoniæ, necnon Mariam Josepham Reginam Poloniæ, Elect
cem Saxoniæ, approbatum et ratificatum manibusq; Eorundem Sereniss
morum subscriptum et Sigillis binis cera rubra expressis munitum intu
contentum obtulit, et ad ingrossandum in Acta præsentes porrexit. Tenor
sequentis. In Nomine Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis Dei Patris
et Filii et Spiritus Sancti. Invocato imprimis Sanctissimo Dei Nomine
cui placuit peculiari dispositione Conjugium instituere, maturo deli
berato consilio expetita ac obtenta Serenissimi Augusti Tertii Regis Poloniæ
Electoris Saxoniæ, Ejusq; Serenissimæ Regiæ Conjugis Mariæ Josephæ
Reginæ Poloniarum Electricis Saxoniæ, necnon Serenissimi Caroli
Emanuelis Sardiniæ Regis approbatione longe clementissima atque
prævio Parentum utriusq; Consensu Perillustris ac Nobilis Josephus Ma
rius Christianus Gabaleo Sarmatorii Comes Dominus in Zabeltitz, Se
renissimi Augusti Tertii Regis Poloniarum Electoris Saxoniæ Cam
rarius sive Cubicularius, Perillris ac Nobilis Francisci Hyacinthi Annæ
Gabaleonis Comitis Sarmatorii Andezeni et Baldicherii Comitis com
mendatorum emeriti Præsidis Collegii Provinciarum Protectoris, Equi
Magnæ Cruris et Consiliarii Ordinum Sanctorum Mauritii et Lazari
Regiæ Academiæ Taurinensis Gubernatoris ac Perillris et Nobilis Irenes
Solaræ del Borgo olim ejus Conjugis, et in ante Serenissimæ Joannæ
Baptistæ Aurelianensis Sabaudiæ Ducissæ ex honorariis Virginibus
Filius legitime procreatus ab una parte, ex altera vero Perillris et Nobi
Helena Isabella a Lubna Lubinska Serenissimæ Mariæ Josephæ
Reginæ Poloniarum Electricis Saxoniæ ex Honorariis primaria Cam
Auratæ Camerariæ Illmi ac Excellmi olim Boguslai a Lubna Lubin
skii Castellani Sendomirien. in Poloniarum Senatorio Ordine Patris
conscripti Aquilæ Albæ Equitis, et Illmæ ac Excellentissimæ Teresiæ
de Dorno Bielinskæ superstitis Viduæ Castellanæ Sendomirien. le
gitime procreata Filia de ejusdem Matris amantissima pleno consen
su. Mutuum Sanctum Christianum indissolubile Conjugale Fœdus
iniverunt, atq; inscripta pacta libere ac palam inter se observanda
statuerunt. Primo. Virtute Paterna quondam necnon materna
qualiscung; Dispositionis ac Fraterna nunc voluntatis Perillris ac
Helena Isabella a Lubna Lubienska percipit a Perillustribus Nobi
Casimiro Capitaneo ac Gubernatore Arcis Lelowiensis Serenissimi
Augusti Tertii Regis Poloniarum Electoris Saxoniæ Camerario, Fra
a Reverendissimo Josepho Mathia Ecclesiæ Cathedr. Cracovien. Archi
Diacono et Præposito Sancti Michaëlis, necnon a Sigismundo Guber
tore Arcis Cyconien. ac Generali Majore Exercituum Regni Poloniæ

Fratri

Fratribus suis germanis ejusdem nominis à Lubna Lubinsckich et secum affert in dotem Perillustri et Mio Josepho Antonio Christiano Gabalconi Sarmatorii Comiti Ejusdem Sponso, Summam Centum Septuaginta Millium Florenorum Polonicalium monetæ et numeri hodie in Regno currentis. Secundo Perillris et Mii supradicti Fratres pollicentur et tenentur solvere pradictam Summam Centum Septuaginta Millium Florenorum Polonicalium Perillustri prafato Sarmatorii Comiti pro Festo Sanctorum Trium Regum proximi Anni millesimi Septingentesimi Quinquagesimi Tertii. Tertio. Quum Perillustris et Mea Helena Isabella à Lubna Lubinska intuitu suæ Dotis et Juriurn circa eam ubi competentium, de Jure in integrum ubi ese satisfactum declaraverit, tunc et Ipsa eodem tempore renebitur abrenuntiare et de facto renuntiabit, Conformando se Legibus Regni omnibus Bonis Paternis modo quo fieri potest solemniori et coram Actis Castri propinquiori. Quarto Perillris ac Mgnis Josephus Sarmatorii Comes tenebitur Fundos reales et solidos in Regno Poloniarum invenire et super dictos Fundos prafatam Summam Dotalem in annuum Censum sive proventum inscribere et collocare. Quinto. Quum vero pradicta Summa Centum Septuaginta Millium Florenorum Polonicalium adhuc supra Fundos sive Bona Tarnow pertinentia ad Celsissimam Principem de Duin in Sanguszko Supremam Magni Ducatus Lithuani Marschalcam Viduam derelictam hæreat inscripta et locata, neq' ante Diem Festi Sanctorum Trium Regum proximi Anni millesimi Septingentesimi Quinquagesimi Tertii, inde extrahi atq; amoveri possit, proinde Perillis et Mgnis à Lubna Lubinskis Fratres supradicti tenentur solvere prafato Perillri et Mgnio Josepho Sarmatorii Comiti, Proventum annui Census à Summa Centum Septuaginta Millium florenor Polonicalium dotali, ratione Octo per Centum, idque à die Nuptiarum cum Perillustri mea Eorundem Sorore initarum usq' ad supradicta Summa Dotalis perfectam Solutionem in prafixo Die et Festo Sanctorum Trium Regum Anni proximi Millesimi Septingentesimi Quinquagesimi Tertii. Sexto. Perillustris et Mgnis Josephus Comes Sarmatorii prafatam Summam Centum Septuaginta Millium Florenorum Polonicalium, sive germanicos Sex daleros Viginti Octo Millia Tercentos Triginta Tres et Groschos Octo numero germanico Rx dalero quocunq; Sex florenos Polonicales computando, supra Fundos et Bonum Zabeltitz et omnia ad illud pertinentia inscribit et asecurat atq; præter dictam Inscriptionem prafatus Perillustris Sarmatorii Comes Perillustri et Mgnæ Helenæ Isabellæ Lubinskæ Sponsæ Charissimæ, alteram Similem Summam Centum

Septuaginta Millium florenorum Polonicalium seu Viginti octo Mil-
lia Trecentos Triginta Tres Germanicos Rixdaleros Grosos octo supra
dictos Fundos et Bonum Zabeltitz et omnia ad illud pertinentia
simplici advitalitatis sive vitalitii usufructus, titulo inscribit et
assecurat. Neque verò Successoribus de Lumbis Perillustrium neopon-
sorum neque Haeredibus qualescunq; fuerint, licebit quocunq; Jure
vel modo ex praedictis duabus Summis vel earum usu fructu dedu-
here, nisi post mortem veram, Perillustris praedicte neoponsæ Cha-
rissimæ in quo unico casu jam praedicta Summa ambobus solis Succes-
sibus ex Lumbis Perillustrium Neoponsorum procedentibus cedent
jure naturalis Successionis. Septimò. Si verò Perillustris et Magnifica
Lubinska ante Perillustrem et Nobilem Sarmatorii Comitem Sponsum Cha-
rissimum hoc mortale cum Aeternis mutaret, praedictus Perillustris Ma-
gnificus Sarmatorii Comes, vigore mutuæ Advitalitatis usufructu Sum-
mæ Dotalis Centum Septuaginta Millium Florenorum Polonicalium
quam ipse in Dotem acepiet, vitâ suâ durante frui debebit, absq;
minima contradictione. Quinimo si praedicta Perillris Lubienska pro
lem legitimè natam, post mortem suam relinqueret, et illa Proles ea post
et ante Perillustrem Comitem Sarmatorii Patrem suum interierit, pra-
dictus Comes ejus Haeres eorum Filiorum intuitu Advitalitatis pre-
fata usufructibus Summæ ejusdem Dotalis, quò advixerunt tem-
pora gaudere debebit. Octavo. Perillustris ac Magnificus Josephus
Sarmatorii Comes, non tantum vigore praesentis hujusce Actus
tenetur praedicta Puncta et Capita religiosè observare verum etiam
sponte et ultroneè adstringit atq; pollicetur ea omnia, quæ in hoc Con-
tractu matrimoniali expressa sunt potissime mutuam inter se et
neoponsam Charissimam Advitalitatem, coram quibuscunq; Actis
Castrensibus Capitanealibus in Regno Poloniarum, necnon in Saxonia,
in propria Persona firmare et ratihabere, sive per Specialem Procu-
ratorem corroborare. Nono Cum verò Perillustri et Magnifico Jose-
pho Antonio Christiano Gabaleoni Sarmatorii Comiti perspicuum esse
debeat, quanta sit Perillustris et Nobilis Helenæ Isabellæ à Lubna
Lubinska Sponsæ Charissimæ in rebus gerendis prudentia, solertia
atq; cura, Ipse suorum Filiorum, quos ibi superstites in minori-
bus Annis posset relinquere, usq; ad majorem ætatem per Leges in-
stituta justa jus, quod observatur in quacunq; Ditione natus unus-
quisq; eorum fuerit Matri Amantissimæ unicè tutelam inscribit
demandat, atq; commendat. In Administratione verò Bonorum quæ ad

Pupil-

Pupillos Filios pertinent et pertinere poterunt, prædicta Perillustris Helena Isabella à Lubna Lubiensia Mater et Tutrix tenebitur omnimode Leges usus et Jura, quæ in Saxonia Electoratus ditione vigent et vigebunt observare. Ut huic Contractui Matrimoniali et Capitibus in eo contentis plus Dignitatis ac Solemnitatis accederet placuit Serenissimo Augusto Tertio Regi Poloniarum Electori Saxonico Domino Nostro Clementissimo Cujus Regi et Conjugi Serenissimæ Mariæ Josephæ Reginæ Poloniarum Electrici Saxoniæ Honorificentissima approbatione decoratum Actum propria Regia manu firmare. Ambæ verò Partes inter se Contrahentes atque ac Constituti Plenipotentiarii scilicet ex parte præfati Sponsi Illustrissimus ac Excellentissimus Comes Josephus Antonius Jabaleo de Wackerbarth Ejus Avunculus Paternus Patris Vicegerens. Et ex parte prædictæ Sponsæ Perillustris ac Reverendissimus Vladislaus Lubienski Ipsius Matris Vicegerens necnon Illmi Excellmi et Mci Testes infrascripti præsentem Actum propria manu firmare atq; Insignia sua Gentilitia apponere voluerunt. Actum Dresdæ Die vigesimo octavo Mensis Maji Anno Domini millesimo septingentesimo Quinquagesimo Secundo. Josephus Antonius Christianus Jabaleo Comes Sarmatorii. Helena Isabella Comtesse Lubinska. Michaël Wodzicki Procancellarius Regni manu propria. Josephus Antonius Jabaleonus Comes à Wackerbarth ex parte Patris Plenipotentiarius. Henricus Comes de Brühl uti Testis et Curator. Rupert Florian de Wesemberg Baron d'Ampring manu propria. Georgius Comes Mniszech Marschalcus Poloniæ uti Testis. Vladislaus Lubienski S.R.I. Notarius ex parte matris et Fratrum Plenipotentiarius Specialis manu propria. Loca Sigillorum eorundem gentilitiorum octo cera rubra expressorum. Nos Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Elector Saxoniæ necnon Maria Josepha Regina Poloniæ Electrix Saxoniæ Contractum præsentem Sponsalitium in omnibus ejus punctis Conditionibus et Clausulis approbamus et ratificamus. Datum Dresdæ Die XXVIIIvo Mensis Maji Anno MDCCLII. Augustus Rex Maria Josepha Regina. Loca Sigillorum binorum cera rubra expressorum, Eorundem Serenissimorum. Post cujus quidem Contractus Sponsalitii superius pro inserti in Acta præsentia ingrossationem Originale ejusdem Dem Mus Offerens rursus ad se recepit et de recepto ubig extradito Officio

præsens quietavit quietatq; præsentibus. Correxit 2 Niemiera my Locus Sigilli Castrensis Capitaneatus Varsavien. Legi Grzegorzewski. Quas ejus. modi Literas Extractus Authentici sicut præmissum per oblatam porrectas nos ad acta præsentia assumpsi inscribi, et ex ijdem fideliter descripto parti postulanti Authentice extradi; Originale verò rursus offerenti restitui f. de quo recepto Cancellariam quietavit, quietatq; præsentibus permisimus. In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Constituit Plenipotentem Gnosa Helena Isabella de Lubienskie olim Gnosi Josephi Comitis Sarmatorii Consors derelicta vidua Gnosium Equitem Casimirum Gabaleonem de Salmori.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsen. Matricea Regi Cancellaria Nostræ Minoris comparens personaliter Gnosa Helena Isabella de Lubienskie olim Gnosi Comitis Josephi Antonii Christiani Gabaleonis, de Salmori Andegavi et Baldachieri Domini in Labelitz Cubicularii et Consiliarii Nostri privati Electoratus Saxonici, Consors relicta vidua, et vigore Contractus Antenuptialis Dresdæ vigesima Octavâ Mensis Maji Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Secundo cum supra expresso nunc demortuo marito suo initi et conclusi, manibusq; Contrahentium et Amicorum subscripti et per Nos approbati, omnium Bonorum post obitum prælibati Mariti sui Dominâ Advitalitialis, ac Liberorum relictorum constituta Tutrix, sanamente et corpore existens recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad infrascripta recognoscenda acceptandi se subjiciendo et incorporando palam libere, ac benevole recognovit. Quia Ipsa providere desiderans Bonis et Patrimonio Comitis Josephi Filii sui legitimi et naturalis, adhuc in infantili ætate et sub Tutela suâ constituti quæ in Statutis Regni Sardiniarum habet, et etiam ad effectum ut evadat ad. ministratus et authorizatus, tam pro standō in Judicio, quam pro quocunq; Actu, Contractu et alienatione, Generosum Equitem Casimirum Gabaleonem de Salmour ex Civitate Taurinensi et in eadem Residentem in suum Procuratorem Generalem et Specialem, Filiiq; sui Infantis Comitis Josephi Gabaleonis, omni melliori modo et Jure, absentem tanquam præsentem constituit, creavit

avit et Ordinavit, prout praesentibus constituit creat et ordinat, cui
primo Equiti de Salmour prafata Gnōsa Comitissa Recognoscens ex qua-
litate sua Autoriali contulit et confert, omnem et quamcung Autho-
ritatem facultatem et Mandatum, ut possit nomine Ipsius Constitu-
entis agere, invigilare, et disponere de Patrimonio et Bonis
supra recensti Comitis Josephi Filii sui adhuc Infantis tam allo-
dialibus quam Feudalibus rationibus juribus reditibus, et possessioni-
bus cujuscung sint generis et quocung in loco reperiantur, exigere
credita, locationes facere, pro tempore et sub conditionibus, quae conve-
nientiores ipsi videbuntur, lites movere, jam motas defendere et
prosequi coram quocung Magistratu et Judice, deductiones facere
positionum, Juramenti, Articulorum probatoriorum, atq hos et illos
asseverare respondere et jurare in Animam Gnōsi Constituentis,
constituere substituere et revocare unum aut plures Procura-
tores ad Lites atq etiam ad omnes res et negotia quorum men-
tio fit in presenti Procuratione curare, ut proferantur manda-
ta et Sententiæ, easq si favorabiles sint ad executionem
deducere, si vero odiosæ ab ijs appellare, et ut procedatur ad
quemcung Actum sequestri, et ad quamcung Executionem in
odium Debitorum, expedire Quietantias tam pro Instrumentis
quam pro Scripturis privatis, Cautionem dare, et Securitatem
pro omni re et in quocung casu conveniens sibet promittere,
nomine ipsius Constituentis, semper hæc omnia tamen sub pre-
missa qualitate, tranzigere super Causas et litigia tam Judicialia
quam extrajudicialia, mutuo sumere, quamcung Summam etiam
mediante Solutione interesse, constituere et alienare Census vendere
et permutare, bona Stabilia cujuscung sint generis tam feudalia
quam Allodialia cum facultate etiam nomine ipsius Gnōsi Consti-
tuentis recursus faciendi, ad obtinendas et capiendas Investituras
pro Jurisdictionibus Bonis, Juribus Prerogativis et rationibus
Feudalibus, et pro ipsis fidelitatem jurare, unam aut plures Consi-
gnationes seu consignamenta facere pro ipsis Bonis Feudalibus
investituras concedere, pro Bonis et Juribus retrofeudalibus et Emphi-
teuticis specialiter et generaliter hypothecare in toto vel in parte
Bona ipsius D. Comitis, atq etiam unum aut plures Procuratores
substituere cum eadem facultate Authoritate et potentia qua

confertur predicto Jnõio Equti de Salmour, et tandem ea omnia agere, facere, et operari posse, que faceret et facere poterit ipsa Jnõa Comitissa constituens si presens esset, quamvis ejus generis res et negotia forent, que amplius et magis specificum mandatum requirerent eo, quod in presenti Instrumento continetur. Volens ipsa Jnõa Constituens in predicta qualitate, quod presens Procuratio et Mandatum censeatur factum cum clausula cum libera qua clausula cenendus semper erit munitus supradictus Jnõcus Eques de Salmour in quocung' actu qui ab ipso fieri continget nomine ipsius Jnõe Comitisse Constituentis in predicta qualitate. Que Jnõa Comitissa Constituens promisit atq' promittit gratum semper ratum, validum et stabile omne id habere, quod factum et promissum erit à dicto Jnõco Equte de Salmour proprio Procuratore, aut a' quocung' Procuratore ab eodem Jnõ Equte de Salmour constituto aut substituto in virtute presentis Procurationis ex nullo modo iis contradicere, aut in quacung' re contra ea agere, etiamsi res ab ijs acta tales forent que amplius et specialius Mandatum requirerent eo, quod in presenti Instrumento exprimitur imo omnia ratihabere quotiescung' expediens foret, sub obligatõne et constituto possessorio omnium Bonorum tam presentium quam futurorum dicti Jnõci Comitis proprii filii, atq' etiam sub vinculo omnium aliarum Obligationum, renuntiationum et submissio-num, que late sunt a clausula Camerali, et que necessaria atq' opportune esse possent pro majori validitate atq' efficacia presentis Procurationis et mandati; que in meliorem fidem manu propria subscripsit.

Helena Isabella z Lubienskich Prosowa de Salmour.

Quorum quidem Plenipotentiam, seu Mandatum Procury sic ut premissum facta et Rem. gratam nos firmam ad de Jure validam haberi volentes eandem ad acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptis Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Privilegii super Capitaneatum Radomscensem Generoso Theodoro Szydłowski Vicecapitaneo et Judici Castren Varsavien. servien.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Literas Originales Papyreas Privilegii infrascripta manu Nra Regia subscriptas et Sigillo majori Regni communitas, sanas salvas et illaesas omnig suspicione carentes Tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq' necnon Hæreditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris Quorum interest universis et singulis, Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Theodori Szydłowski Vicecapitanei et Judicis Castren. Varsavien. ut eundem alacriorem ad alia virtutum reddamus illicia, faciendum esse duximus ut Eidem Capitaneatum Radomscensem in Palatinatu Siradiae situm et jacentem, post fata magnifici Alexandri Szembek Palatini Siradiae vacantem et ad Dispositionem nostram Regiam devolut. daremus et conferremus uti quidem praesentibus Literis nostris damus et conferimus. Ita ut eundem Capitaneatum cum omnibus Villis nempe Oppido Radomsko, cum Suburbiis, ac Villis Bogoridzowy, Stobiecko Mieyskie, Radziechowice, Dobrzyszyce, Uszczo-
rowice Wiewiorowa et Niechcice, illarumq' Predijs, molendinis, agris Syvis, subditis, omnibus commodis et emolumentis, attinentijs et pertinentijs prout immediatus Possessor eiusdem Capitaneatus habebat et possidebat, idem quoq' Generosus Theodorus Szydłowski tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vitae suae tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosq' Successores Nostros memoratum Generosum Szydłowski ab usu et pacifica possessione praedicti Capitaneatûs amoturos, neq amovendi cuipiam potestatem daturos, sed salvum et integrum jus adversa-
lium Ipsi conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt. Juribus Nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeq Catholicae salvis manentibus. In quorum Fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XXX. Mensis Octobris Anno Domini MDCCLVI. Regni verò Nostri XXIV. Anno. Capitaneatus Radomscensis post obitum Mri Alexandri Szembek Palatini Siradiae Generoso Theodoro Szydłowski confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Regni. Adalbertus Załuski Secretarius et Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas Originales Privilegii suprascripti, sicut praemissum per Oblatam porrectas Nos ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem Fideliter descriptas, Parti postulanti Authenticè extradi; Originale verò rursus Offerenti restitui: de quo recepto Cancellariam quietavit, quietatq' praesentibus: permisimus. In quorum Fidem &c. Actum Varsaviae ut sup.

Oblata Literarum Consensus cedendi de Villa Niechaice Gnōz. Barbare Staniszewska in Personas Generosorum Antonii Maczynski et Helena de Jatechie Conjugum dat.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostre Minoris Literas Originales Consensus infrascripte manu Nra Regia subscripte et Sigillo Minori Regni communitas, sanas, salvas et illesas omnig suspitionis nota carentes Tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis Consensisse Nos et permisisse, consentireq et permittere Generosae Barbarae Staniszewskiae ut possit et valeat De omni et integro jure suo Advitalitio, quod Ipsi super Villam Niechi: ce in Palatinatu Siradiensi, Districtu Petricoviensi sitt et jacent servit et competit cedere, illudq in Personas Generosorum Antonii Maczynski et Helenae de Jatechie Conjugum Legitimorum transferre et transfundere. Cui quidem Cessio, Juriq transfusio postquam coram Actis quibuscunq Regni Authenticis facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quae praevio hocce Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis praesentiq Consensus Nostri memorati Gnōsi Antonius Maczynski et Helena de Jatechie Conjuges praedictam Villam cum omnibus Agris, Pratis, Campis, Sylvis, Nemoribus, Lacubus, Piscinis, Fluviis, Structuris, Subditis illorumque laboribus, Censibus, Proventibus et Emolumentis universiq et singulis attinentiis et pertinentiis ad eandem Villam antiquitus spectantibus tenebunt, habebunt, et possidebunt ad extrema vitae suae tempora. Promittimus autem pro Nobis et Sermis Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosq Successores Nostros abusu et pacifica possessione dictae Villae praefatos Generosos Maczynskie Conjuges amoturos, neque cuipiam amovendi potestatem daturos, sed salvum et integrum Jus eidem conservaturos, quod et Sermi Successores Nostri praestabunt. Juribus Nris Regalibus, Reipublicae Ecclesiaq Romano Catholicae salvis manentibus. Ratione cujus Advitalitatis solitum Proventuum Quartam partem ad Thesaurum Regni quotannis inferre, Sartate: taq conservare tenebuntur. In quorum Fidem praesent manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Vschovae Die XXVI. Mensis Maji Annō Domini MDCCLV. Regni vero Nostri XXII. Annō. Consensus cedendi de Villa Niechaice Generosae Barbarae Stanis:

szewska

szewska, in Personas Generosorum Antonii Maczynski et Helenæ de Gatechiè Conjugum. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Antonius Sitkowski Scr. Regiæ Mttis Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas Originales Consensus suprascriptis sic ut præmissum per Oblatam porrectas. Nos ad Cautæ præsentia susupi, inscribi, et Ex iisdem fideliter descriptæ parti postulanti Authenticè extradi, Originale verò rursus offerenti restitui, si de quo recepto Cancellariam quietavit, quietatq' præsentibus: / permisimus. In quorum fidem &c: Actum ut sup.

Constituit Plenipotentem Gnōrus Andreas Poniatowski Colonellus in Exercitu Sæ Cæsareæ Mattis Gnōrum Casimiri Kurasi Pincernam Livensem.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Cautis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus Andreas Poniatowski Colonellus in Exercitu Sæ Cæsareæ Mattis sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibuscunq' propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet, sese subjiciendo et incorporando, palam, libere, ac benevolè recognovit et præsentibus recognovit: Quia Ipse Generosum Casimirum Kurasi Pincernam Livensem in suum verum, legitimum ac indubitatum Plenipotentem eligit, constituit, inscribit et solemniter ordinat, Dans et concedens eidem plenariam facultatem, omnimodam absolutamq' potestatem, Causas suas tum Juris quàm facti Judiciarias generaliter omnes et singulas cum quibuscunq' Personis occasione cujusvis negotii in omni Judicio et Officio Regni, majoris minorisve Subsellii cujuscunq' Terræ et Districtus etiam Judiciis Tribunalitiis Regni Petricovien: Lublinen: et Radomien:, necnon quovis Jurorum exactoratu, quàm reatu habitas et habendas, instituendas et instituendas promovendi, defendendi, jure tuendi, Compareationes inscribendi, Decreta suscipiendi, à contrariis appellandi seu movendi Juramenta attentandi, pœnas Judiciarias levandi, de levatis quietandi, Intromissiones in Bona offerendi et apprehendendi, Executiones urgendi et attentandi, Arresta imponendi, Actoratus nomine sui Recognoscentis instituendi, Compromissa inscribendi, Tranzactiones quascunq' ac Contractus, tum etiam Ex divisiones Bonorum tum intuitu Hereditatis et Successionis legitimè se Recognoscentem concernentium, quàm aliò quòcunq' Titulò sibi competentium conscribendi, componendi et ineundi, Actis Authenticis Regni approbandi, Bona

Resignandi et Resignationes in rem sui Recognoscentis susci-
endi, alios Plenipotentes in locum sui substituendi, Condescensiones
attentandi, Rigores circa Manifestationes faciendas extendendi,
Relationes pro expandis Condemnationibus editas sive edendas
approbandi, ceteraq; pro causarum et negotiorum exigentia debito
Juris Ordine peragendi et exequendi, omniaq; munia, veros et legi-
timos Plenipotentes concernentia pro exigentia Causarum et ne-
gotiorum perficiendi. Promittens se et inscribens Idem Gnosus
Recognoscens id totum quicquid per prædictum Suum Plenipo-
tentem suum actum gestum constitutum ve fuerit, pro rato
grato, firmoq; ac valido susceperum et in nullo contradicturum
sub Vadio Summæ Centum Millium Florenorum Polonicalium a se
Recognoscente coram quovis Judicio et Officio competenti vindi-
cando. Quam quidem Plenipotentiam Idem Gnosus Recognoscens
ad Triennium integrum duraturam vult præsentibusq; declarat.
Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. Pro
majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Andreas Poniatowski Colloncllus S. C. R. M.

Quam ejusmodi Plenipotentiam ut ut præmissum factam et recogni-
tam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta
præsentia susciji, inscribi et ex ijdem fideliter describi Sarti postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actis ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ
post Festa Nativitatis Domini No-
stri Jesu Christi proximâ Die vicesi-
mâ Primâ Mensis Decembris
Anno Domini Millesimô Septingen-
tesimô Quinquagesimo Octavô. Regni
vero Nostri XXVII. Annô.

Ad Relationem Illmi Excellmi et mci Domini
Supremi Regni Cancellarii.

Coram Magnificus Henricus Comes de Ocieszyno Brühl Gnlis
Artilleriæ Regni, Scepusien &c Capitaneus, de Capitaneatu Le-
pricensi, Generoso Comiti Friderico Brühl Filio suo.

Augustus Certius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
nostræ Minoris comparens personaliter Magnificus Henricus Comes in
Ocieszyno Brühl Generalis Artilleriæ Regni Supremus Curiæ Re-
Saxonicæ Minister, Scepusien &c: Capitaneus, suo et Mcæ Mariæ Ann:

na

na Comitissa de Kollowraty Consortis sua legitima p. pro cujus ratihabitione
informd Juris plenissima pacem cavet: / nomine agens, sanus, mente et corpore
existens recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quò ad infrascripta recognoscenda
attinet, sese subjiciendo et incorporando palam, liberè ac benevole recog-
novit et praesentibûs recognoscit. Quia Ipse suo et praefatae magnifica
Consortis suae nomine, inhaerendo Literis consensûs Nostri Regii de Data
illius hic Varsaviae Die vigesimâ Nonâ mensis Decembris Anno curren-
millesimo septingentesimo Quinquagesimo Nono sibi Recognoscenti et
nmfae Consorti suae ad cedendum de Capitaneatu Lipnicensi in Palatinatu
Cracovien situ, per Nos benigne concessis, manu Nostrâ Regiâ subscriptis
et Sigillo Regni majori communitis, ad praesens in suo Originali illaso
exhibitis Tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei gratiâ Rex Poloniae
Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masovia, Samogitiae Kijo-
viae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czernie-
choviaeq; necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significa-
mus praesentibus Literis Nostris, quorum interest universis et singu-
lis, Consensisse Nos et permittere consentireq; ac permittere per praesentes
nmfris Henrico Comiti de Ouieszyno Brühl et Annae de Kollowrath
Conjugibus, Generalibus Artilleriae Nris ut possint et valeant de omni
et integro Jure suo quod Ipsis super Capitaneatum Lipnicensem in
Palatinatu Cracovien situm servit et competit, cedere, illudq; in Perso-
nam Generosi Friderici Comitis de Ouieszyno Brühl Capitanei Nri Varsa-
vien plenariè transferre et transfundere. Quexquidem Cessio, Jurisq; Trans-
fusio postequam coram Actis quibuscunq; Authenticis Regni facta etre-
cognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eamque
praevio hoc Consensu Nro percagetur. Vigore cujus Cessionis Jurisq; Trans-
fusionis in virtute praesentis Consensus Nostri facta, praefatus Generosus
Fridericus Comes in Ouieszyno Brühl Capitaneus Noster Varsaviensis
praedictum Capitaneatum Lipnicensem cum omnibus Villis, praediis
agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, fluviis, fluminibus, lacubus
Stagnis, piscinis molendinis, Tabernis, subditis, eorumq; laboribus, Censibus
Exibus, fructibus, Dationibus, commodis et emolumentis, cunctis denq;
attinentiis et pertinentiis, nullis penitus exceptis, tenebit, habebit et posside-
bit ad extrema vitae suae tempora. Promittimus autem pro Nobis, Se-
renissimisq; Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosq; Successores
Nostros memoratum Gnosum Fridericum Comitem in Ouieszyno Brühl
Capitaneum Varsaviens ab usu et pacifica possessione supradicti Capitane-
atus Lipnicensis amoturos aut alienaturos, neq; amovendi, aut alienandi
potestatem cuipiam daturos, sed salvum integrum Jus Evictionis

ei conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt, Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Fidei ac Romanæ Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem praesens manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXIX. Decembris Mensis Anno Dni MDCCLIX. Regni vero Nostri XXVII. Anno
Consensus Cedendi de Capitaneatu Lipnicensi in Palatinatu Cracoviensi
itto Magnificis Henrico Comiti de Bueszyno Brühl et Annæ de
Gollowath Conjugibus, fidelibus Arcis Regni in Personam Gnosi Fri.
deric Comitis in Bueszyno Brühl Capitanei Varsavien Datus.
Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Regni. Adalbertus Rabowski
Poullator Terræ Visnen Sigilli majoris Regni Secretarius. Cancella-
riatu Illustrissimi et Excellentissimi Domini Joannis Comitis in Konskie
et Białaczow à Małachowice Małachowski Supremi Cancellarii
Regni, Petrokcensis, Prodecensis etc. Capitanei. Sigillatum: Jam exnunc
et de facto de omni et integro Jure suo Advitalitio quod quale et
quantum sibi Recognoscent, mitem Consortem suam ad præfatum Ca-
pitaneatum Lipnicen in Palatinatu Cracovien situm, vigore Privile-
gii et Juriumm suorum cessit et competit, ac hucusq cessebat et com-
petebat, in Personam Generosi Friderici Comitis in Bueszyno Brühl
Capitanei Varsavien Filii sui, cessit, absessit et condescendit, prout
præsentis Cessionariæ Inscriptionis virtute, tam de prædicta Advitalitate
Privilegio ac Juribus suis quam de eodem Capitaneatu Lipnicensi
ejusq Villis Prædiis, Agris, pratis, Campis, Sylvis Nemoribus, Fluviis, Fluminibus
lacubus, Stagnis, piscinis, Molendinis, Tabernis, Subditis eorumq Censibus
rubus, fructibus, laboribus, commodis et emolumentis, cunctis denique
attinentiis et pertinentiis nullis penitus exceptis, nihil pro se, aut po
quopiam altero reservatis, dedit, condescendit et plenarie ad tenendu
habendum, fruendum et possidendum resignat, omneq Jus suum
Advitalitium, possessionem et usumfructum in eundem Gnosum Fri:
dericum Comitem Brühl Filium suum transfert, transfundit et trans-
portat. Intromissionem realem et actualem cum pacifica possessione
per Ministerialem Fidelem Regni et Nobiles duos quosvis fidelibus con-
ducendos inpraedictum Capitaneatum effectuose acceptandam eidem
Gnoso Comiti Filio suo, dat concedit et libere admittit, nec perse
nec per quosvis subordinatas et submissas personas propediturum
aut impugnaturum, imo libere admissurum se inscribit et obligat.
Hac sua personali Recognitione ac præmissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis Cessionariæ de Jure plenissima

fir:

firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manuū pro-
priā se subscripsit.

Henricus Comes de Brühl. S. R. R.

Cuam ejusmodi Inscriptionem Cessionarium sicut premissum
factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volen-
tes eandem ad acta presentia duximus inscribi; et ex ijdem fidelit-
descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum Varsaviae ut supra.

Cedit Idem Magnificus Henricus Comes in Ciezyno Brühl
Regis Artilleriae Rni Capitaneus Sieprusien^s de Capitaneatu
Btonscensi in Palatinatu Masoviae sito eidem Jnōo Friderico
Comiti Brühl Filio suo.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quod coram Actis presentibus Metrices Regni
Cancellariae Nostrae Minoris comparens personaliter Magnificus
Henricus Comes in Ciezyno Brühl Generalis Artilleriae Regni
Sieprusiensis &c: Capitaneus. Suo et Mgfici Mariae Annae Comitissae
de Kollowraty Consortis suae legitimae &: pro cujus ratihabitione
in forma Juris plenissima pacem cavet: &nomine agens, sanus
mente et corpore existens recedendo à foro, Terris et Jurisdictio-
nibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Nostrae
Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet sese subjiciendo
et incorporando palam, liberè ac benevolè recognovit et praesenti-
bus recognovit. Quia Jpse suo et praefatae Magnificae Consortis
suae nomine, inhaerendo Literis Consensus Nostri Regii de Data
illius Varsaviae Die Vigesima Nona Mensis Decembris, Anno curren-
te Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nonō. Ubi Recognoscen-
et Mgfica Consors sua ad cedendum de Capitaneatu Btonscensi
in Palatinatu Masoviae sito, per Nos benignè concessis, Manu Nrā
Regia subscriptis et Sigillō Regni Majori communitis, ad praesens
in suo Originali illaso exhibitis Tenoris sequentis: Augustus Tertius
Dei Gratiā Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae,
Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae
Smolensciae, Severiae, Czernichoviae, necnon Hereditarius Dux Saxoniae
et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum
interest universis et singulis, consensisse Nos et permisisse consentire

et permittere per presentes Magnificis Henrico Comiti de Ouerzyno
Brühl et Annæ de Collovrath Conjugibus Generalibus Artilleriæ Regni
ut possint et valeant de omni et integro jure suo quod Jure super Capi-
taneatum Blonscensem in Palatinatu Masoviæ sibi servit et compe-
tit, cedere, illudq' in Personam Jnóri Friderici Comitis in Ouerzyno Brühl
Capitanei Nostri Varsavien', plenarie transferre, et transfundere. Quæ
quidem Cessio, Juriq' translatio postequam coram Actis quibuscunq'
Authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam
habituri sumus, uti eam quæ previo hoc Consensu Nostro peragetur.
Ergore cujus Cessionis, Juriq' Translationis in virtute presentis Con-
sensus Nostri facta prædictus Generosus Fridericus Comes in Ouerzyno
Brühl Capitaneus Varsavien' prædictum Capitaneatum cumomnibus
Prædiis Agris, pratis, Campis, Sylvis, Nemoribus, fluviis, fluminibus,
lacubus, Stagnis, piscinis, molendinis, Tabernis, Subditis, eorumq' Censibus
usibus, fructibus, laboribus, commodis, et emolumentis, cunctis denique ab-
nentiis et pertinentiis, nullis penitus exceptis, tenebit, habebit et pos-
sidebit ad extrema vitæ sua tempora. Promittimus autem pro Nobis ac
Serenissimis Successoribus Nostris, nonesse Nos Serenissimosq' Successores
Nostros memoratum Jnóum Fridericum Comitem in Ouerzyno Brühl
Capitaneum Varsavien' ab usu et pacifica possessione dicti Capitaneatus
Blonscensis amoturos aut alienaturos, neq' amovendi aut alienandi
potestatem cuipiam daturos sed salvum et integrum Jus advitalitium
eidem conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt.
Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ, Ecclesiæq' Romano Catholicæ
salvis manentibus. In quorum fidem præsens manu Nostra subscri-
ptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXIX.
mensis Decembris Anno Domini MDCCLIX. Regni vero Nostri XXVII.
Annô. Consensus cedendi de Capitaneatu Blonscensi in Palatinatu
Masoviæ sibi Magnifici Henrico Comiti de Ouerzyno Brühl et Annæ
de Collovrath Conjugibus Generalibus Artilleriæ Regni in Personam
Jnóri Friderici Comitis in Ouerzyno Brühl Capitanei Varsavien' datur.
Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Regni. Adalbertus Lakowski
Scultator Terræ Prussiæ Sigilli Majoris Regni Secretarius my Cancellariæ
Illustrissimi et Excellmi Domini Joannis Comitis in Konskie et Biała-
czow à Matachowice Matachowski Supremi Cancellarii Regni, Actorit-
cen', Prodecensis &c Capitanei Sigillatum, Jam ex nunc et de facto de
omni et integro Jure suo Advitalitio quod, quale et quantum sibi Reso-
gnoscenti Mpicq' Consorti suæ ad prælatum Capitaneatum Blonscensem

in Pa:

et Clara Tumba Prolancellarii Regni.

Constituit Plenipotentem Reverendus Josephus Kierski
Episcopus Bolinensis Secretarius Supremus Regni, Generosum
Michaëlem Wilda.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus metrices Regni
Cancellaria Nostra minoris comparens personaliter Reverendus
Josephus Kierski Episcopus Bolinensis, Suffraganeus Posnanien
Supremus Regni Secretarius, sanus mente et corpore existens,
decedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus sui quibuscuis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta reco-
gnoscenda attinet, se se subjiciendo et incorporando, palam, liberè
ac benevolè recognovit et præsentibus recognovit. Quia Ipse
Generosum Michaëlem Wilda, in suum verum, legitimum et
indubitatum Plenipotentem eligit, constituit, inscribit et solemniter
ad Triennium integrum Ordinat. Dans et concedens ipsi ple-
nariâ

nariam facultatem et omnimodam potestatem Causas suas omnes et singulas tam ex Actoratu quam et reatu in quovis Subsellio Regni habitas et habendas, institutas et instituendas cum quibus. vis Personis occasione cujusvis negotii, modo quovis intercedente, promovendi, defendendi, jurefruendi, exceptiones quasvis Juridicas inferendi, juramenta deferendi, Decreta quasvis pro parte sui Be. cognoscentis in minori Subsellio acceptandi, à gravaminosis ad majus Subsellium appellandi, movendi, appellationes et mo. tiones prosequendi, penas quasvis pecuniarias levandi, dele. vatis quietandi, executiones et Intromissiones in Bona urgendi et attentandi, Arresta imponendi, alios Plenipotentes in locum sui ad peragenda negotia. Reverendi Recognoscentis, substituen. di, alterag omnia et singula pro Causarum et terminorum exigentia veros, legitimos et indubitatos Plenipotentes concernen. tia, debito ordine in rem et utilitatem sui Recognoscentis geren. di et exequendi. Cavens et promittens id totum quidquid per me. moratum Quorum Plenipotentem suum rite, et legitime actum gestumve fuerit se Recognoscentem pro rato, firmo ac irrevocabili suscepturum. Hac sua personali Recognitione ad premissa medi. ante. Pro majori verò firmitate manu propriâ se subscripsit.

Josephus Kierski Suffr: Prepos Cath: Pozn et
Lencicien[sis]. Supremus Regni Secretarius. mpp

Quam ejusmodi Plenipotentiam ut premissum fuctam et Re. cognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem Ad Acta presentia sumpsi, inscribi et ex iisdem fideliter describi Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quor fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Plenipotentia per Generosum Clementem Zamoyski Or. dinatum Zamoyscensem Romæ facta, in Personas Nficorum Andreæ Zamoyski Palatini Juniovladislavien[sis] Patrui et Thereſiæ de Mielnowskie „Zamoyska Palatina Lublinen.“ Matris, suor.
Augustus Pertius &c.

Significamus &c: Oblatum esse ad Acta presentia Metrices Regni Can. cellariæ Nostræ Minoris, Instrumentum Plenipotentiæ à Generoso Cle.

mente Zamoyski Ordinato Zamoyscensi in Personas Illor.ᵐ Andreæ
Zamoyski Palatini Juniviadislaviens.ᵉ Patrui sui et Theresiæ Zamoyskæ
Matris suæ, coram Notario Cæsarum Curiæ Capitolii Almæ Urbis, rec.:
gnitæ, sanum, salvum et illæsum omnique suspicionis nota carens
tenoris sequentis: In nomine Domini Amen. Præsenti publico Plen:
potentiæ Instrumento cunctis: ubique pateat evidenter, notum sit,
quod Anno à Salutiferrima Nativitate Domini Nostri Jesu Chri:
sti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo. Indictione Romana Octav
Die vero Quartâ Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Cod.
Christo Patris et Domini Nostri D. Clementis Divinâ Providentiâ
Papæ XIII. Anno Secundo: In mei infrascripti Cæsarum Curiæ
Capitolii hujus Almæ Urbis Apostolica Auctoritate Notarii publici
Collegiati, ac infrascriptorum Testium præsentia et personaliter
comparens et existens Illustrissimus Dominus Clemens Zamoyski
Ordinatus Zamoyscensis sanus mente et corpore recognovit. Quia
Ipse in exitu et determinio Sexiennalis possessionis per Illustrissim.ᵐ
Joannem Zamoyski Capitaneum Lublinensem, qua Patruum, et Ju:
torem suum vigore Complanationis certæ à Proceribus Regni Poloniæ
conclusæ et subscriptæ, anno verò præsenti 1760. in est pro Festo Na:
tivitatis S. Joannis Baptistæ expirantis, cupiens omnes prætensio:
nes si et inquantum aliqua ex tenuta et possessione hac sexennali
de Bonis præfata Ordinationis, atque administrata sua Persona
et substantiæ tutela adversus prælibatum Illrmum Patruum suum,
vel è converso ex parte ejusdem Illrmi Patrui ad se recognoscentem
exorta fuerint, ante reditum suum in Patriam ab exteris, et receptio:
nem in Possessionem suam Bonorum omnium Ordinationi Zamoysianæ
subjectorum sopire, et pacificare, ad eosdem modo amicabili inveti
gandas, sopiendas, et finaliter pacificandas Illrmos Andream Zamoyski
Palatinum Juniviadislaviensem Patruum suum, et Theresiam de
Michowskie, olim Illrmi Thomæ Zamoyski Palatini Lublinensis Ord:
nati Zamoyscensis Patris sui Consortem, nunc autem relictam Viduam
Matrem suam carissimam omni meliori modo et forma de Jure ple:
nissima et solennissima, in suos veros, legitimos, indubitatos, specialesque
quo ad hunc actum Plenipotentes ac Mandatarios, constituit, creavit,
et ordinavit, prout præsentibus constituit, creat et ordinat. Dans
et concedens prælibatis suis Plenipotentiariis junctim sive etiam seorsim
uniciuj plenariam facultatem et potestatem ad Bona Ordinationis
Zamoysciane jure suo subjecta ante expirium recensitæ sexennalis
possessionis condescendendi, ibique de prætensionibus omnibus ex

fundo

fundo et re hujusce possessionis sexennalis ad Personam Illrmi Capitanei Lublinensis Patrui et Tutoris sui emergentibus indagandi, eadem in rem et pro interesse sui liquidandi, determinandi, aut etiam componendi, imo per debita omnia juxta Complanationem per Illrmum Tutorem suum soluta tum Archivium Ordinationis Zamoyscianæ, atque Inventaria rerum omnium mobilium patris olim Illrmi Thomæ Zamoyski Palatini Lublinensis immediati Ordinati Zamoyscensis Patris vero et Genitoris sui desideratissimi relicta, necnon Fortalitii Zamoyscianæ investigandi, verificandi et conscribendi. Denique si aliquid Illrmus Patruus et Tutor suus sub ejusmodi Tenuta sexennali ultra complanationem in rem et pro interesse sui erogaverit, illud solvendi, aut pretensionibus mutuis quatenus inventa fuerint, compensandi, et bonificandi, quietationemq pro soluto aut bonificato requirendi, caterog cuncta, quæ ad plenam quietationem per se Constituentem in Personam Illrmi sui Tutoris, in et pro Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ coram Actis quibuscunq Authenticis Regni personaliter recognoscendam spectare necessario cognoverint, peragendi et sopiendi ac etiam Hippothecariis quovis in Bonis Ordinationis Zamoyscianæ existentes tempestive ante terminum de levandis suis hippotheciis, Arrendatorios vero Possessores de expiratione tenutarum suarum monendi, et avizandi, aliosque Plenipotentes in locum sui cum simili, aut limitata potestate, et auctoritate hoc in negotio concludendo constituendi. Promittens id totum judgtio per supranominatos Plenipotentes suos, sive ab illis in locum sui constituendos, gestum, factumve fuerit, non aliter ac si id ipse solus Illrmus Constituens gessisset et secutus, pro rato et grato sub Vadio Duentorum Millium florenorum polonicalium suscepturum. Pro quo quidem Vadio, re que ipsa principali Illrmus Constituens citatus existens, coram quovis Foro ubi competenti stare parere, prætiis omnibus effugiis et dilationibus peremptorieque respondere tenebitur. Alias in forma Plenipotentiæ de jure plenissima et perfectissima, quam pro majori firmitate et valore, manu sua propria subscripsit. Clemens Zamoyski Ordinatus Zamoscensis. Actum Romæ in Officio mei præsentibus Illrmo et Rmo D. Georgio Comite de Luscaris Archiepiscopo Theodoriense Sac: Regiæ Majestatis Poloniæ Consiliario Intimo, Sacræ Congregationis super disciplina Regularium Secretario Abbate Lollaviense et Illmo D. Thoma de Antiis Sacri Romani Imperii Comite ex Marchionibus Bezii Testibus ad præmissa vocatis habitis atque rogatis. /: Locus Sigilli Typo nigro expressi :/
Ego Franciscus Maria Lorentinus Civis Romanus et Publicus Dei Gratiâ

et Apostolica Auctoritate Causarum Curiæ Capitolii Nori Collegialis
de præmissis rogatus præsens Instrumentum subscripsi et publicavi
rheogue solito signo munitis requisitus ℔. — — Nos ad præsens Came-
ra Almæ Urbis Inclytique Populi Romani Conservatores universis
fidem facimus verbogue veritatis testamur. suprædictum D. Franciscum
Mariam Lorenzini de præmissis rogatum fuisse, et esse notarium
publicum, legalem, et fide dignum, Curiæque Capitolii notarium
Collegialem, prout se gerit, et fuit, Scripturisq; suis publicis et pri-
vatis in Judicio et extra semper fuisse adhibitam, et de præsenti quoq;
adhiberi fidem. In quorum ℔ fidem Datum Romæ ex magnis ædibus Ca-
pitolinis hac die quarta Aprilis 1760. = Pro D. Secretario Inclyti
Collegii DD. Notariorum Curiæ Capitolii = Dominicus Antonius
Baptistonus de mandato ℔. Locus Sigilli Almæ Urbis Conservator.
Quod ejusmodi Instrumentum Plenipotentiæ suprascriptæ sic ut
præmissum per Oblatam porrecta, Nos ad Acta præsentia suscipi
inscribi, et ex ijdem fideliter descripta, Parti postulanti Authentice
extradi, Originale verò offerenti rursus restitui, permittimus. In quo-
rum fidem ℔. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ post Festum
Inventionis Sanctæ Crucis proximâ Die vi-
licet Quintâ mensis Maji Annô Domini
millesimô Septingentesimô Sexagesimô
Regni verò Nostri Annô XXVII.
Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni
Prolancellarii Regni ut supra.

Oblata Rescripti Commissionis inter Oppidanos et Subur-
banos Oppidi Augustowo ab una, et Gnosum Mniszek Curiæ
Regni Vexilliferum Capitaneum Augustoviensem, ac Edicti
Capitaneatus Gnosnen Tenutarium, aliosq; Conitatos.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia nostræ Regiæ
Cancellariæ nostra minoris Literas originales Papyreas Rescripti
Commissionis infrascripti, manu Nostra Regia subscriptas et sigillo
majori Regni communitas, sanas, salvas, et illæsas omniq; suspi-
cionis notâ carentes, tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei
Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ e
Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius Dux Sa-
xoniæ et Princeps Elector. Generosis Felici Czacki Equitatori Regni,

Gabrieli Leszczewski Ravenni Leszczewski Sochaczovienni
Judicibus Terrestribus, Paulo Niedzwiedzki notario Terrestri Premisliens.
Laurentio Zielinski Venatori Sochaczovienni, Antonio Drohojewski
Ensifero, Stephano Dwernicki Castrensi notario Premisliensibus Fide-
liter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi Fideliter Nobis
Dilecti: Devolutam fuisse ad Nos, Judiciaq' Nostra Post curiali à Regni
tionem ex Literis Citationum, ad Instantiam Famatorum Praconsuli
Consulum, totiusq' Magistratûs ac Communitatis Oppidanorum Augusto-
viensium ac Suburbanorum Borowi et Holuchowi nuncupatorum Nobis
Venerabili Czugalinski Ritûs Latini Praposito et Devotis
Molczyclue Ritûs Graci Latino uniti Parochis Augustovienibus, tum
Generosis Adamo Mniszek Vexillifero Curiæ Regni, Capitaneo Augu-
stoviensi, et Josepho Zaiączko Pocillatori Rovanensi memorati Capitane-
atûs Augustoviensis Tenutario extraditarum et quidem Praposito et
Parochis, occasione fundorum, arearum, ac Domorum Civilium adem-
ptionis, ex ipsis fructuum perceptionis, ad dandos qualibet nocte duos
homines pro Custodia Templorum ac actionis, aliarumq' injuriarum ex
damnorum Actoribus illationis, Generosi Capitaneo et Tenutario intuitu
per illos Actorum contra Prescriptum Privilegiorum, Literarationum et
Decretorum Nostrorum, ad subministrandas Podwodas pendendas Contribu-
tiones pecuniarias variis nominibus vocitatas, ad extradendam pensio-
nem Avenariam Jæni, et Carnis bovinæ quotannis indebite com-
pulsionis, fundorum, pratorum et arearum Civitatensium occupationis
et appropriationis, liquorum propinationis, incisionis sylvarum Oppi-
danis et Suburbanis Augustoviensibus permissæ, non admissionis imò
denegationis, et ne Judices jerant onera Civitatensia, prohibitionis, Salvi
Conductus violationis, aliarumq' injuriarum et damnorum Justitiæ
in prædictis Literis Citationum ac Manifestationibus punctatim in-
sertorum causationis. Ad quam Causam cum verissim Generosi Capita-
neus, et ejusdem Capitaneatûs Augustoviensis Tenutarius, necnon coet-
Coactores in Citatione Anni 175 gnti. ejusq' Relatione expressi, Famator
Oppidanos Augustovienses, de nominibus et cognominibus ibi in memorata
Citatione expressos, tanquam principales hujusce capti Processûs, nomine
alii publico Promotores intuitu per ipsos tumultus contra Generosos Capita-
neum ac ejus Tenutarium in Oppido Augustow excitationis, demum Oppi-
danorum Augustoviensium ad conjurationem adversus Generosum Capi-
taneum in Parochiali Ecclesia Ritûs Græci faciendam inductionis, Juriad-
tionem Capitaneali malitiose recalcitrationis, Decreto Commissoriali nostro

millesimi sexcentesimi Octuagesimi, contraventionis, et panarum ibidem contra tumultuantes Oppidanos appositarum succubitionis, denique fundorum Capitanealium avulsionis sibique ultra Civitatenses in Originali Privilegio Locationis expressos, appropriationis, Sylvarum Capitaneatus exactionis, et praeter necessitatem propriam pro loco ac aedificiis lignorum ex ipsis excisorum divenditionis, honoris Generosi Capitanei per Protestationes, Citationes, et Supplices Libellos nomine Oppidi porrectos, gravissime circumscriptionis, ad extremum Tranzactioni Complanatoriae sub Die Decima Sexta Decembris millesimo septingentesimo Quinquagesimo nono per Ordines Civitatis ad interpositionem ex parte utriusque rogatorum Amicorum initae et conclusae, et ex personali mutuaque comparitione Actis Castrensibus Bezirensibus sub Actu Feriae Quintae in Vigilia S.ti Thomae Apostoli Anno millesimo Septingentesimo Quinquagesimo nono roboratae, contraventionis, aliarumque injuriarum et damnorum in Manifestationibus et Citationibus contentorum perpetrationis, committarunt. Nos hos mutuos Partium Actoratus cum deinceps et quanto citius id fieri potest, decidendos esse cupimus, de Partium utriusque Consensu, in negotii Fidelitatibus Vestris S.ti de quorum industria, et in rebus gerendis dexteritate optime perspecti sumus: committendum esse duximus prout quidem hisce Literis Nostris committimus. Quatenus Fidelitates Vestrae pro Die vigesima Octava mensis Julii Anno currenti, tanquam in termino à Nobis Literis praesentibus designato, et Partibus utrique per Oblatam in proprio Districtu, et avizationem ministerialis respective immorienti ad Oppidum nostrum Augustovo mutuo sumptu Partium conducti, condescendant, ibidemque absentia non nullorum ex Fidelitatibus Vestris S.ti rerum modo tres adsint: non obstante, nec contumacia alterutrius Partis attenta, fundata jurisdictione sua Commissoriali in Praetorio Civitatis, audamatisque ad praesentiam sui Partibus, ante omnia Jura, ut pote Privilegium Locationis millesimi Quingentesimi Quinquagesimi, Revisiones, Lustrationes, Decreta Commissorialia et Nostra sibi prodrum demandent, ea conferent, revideant, et diligenter perlegant, et à quonam, ipsis et inquestum contraventum fuerit, indagent, et quidquid ex productis et relectis iisdem à Civibus et Suburbanis Augustovienses ad proventus Generosi Capitanei spectare cognoverint, id totum Generoso Capitaneo adjudicent, et quotannis per Cives extradere demandent. Dependentiae Civenaria et Jani, unde nam haec datio suum initium sumpserit, et à quo tempore practicata inveniatur, acri etiam ex aliis Villis Capitaneatus Mostovienses sive Augustovienses ultra labores Colonarios

narios permitatur, et utrum ante Decreta nostra et Commissorialia fuerit
in usu, etiam per Inquisitiones in defectu aliorum documentorum indagent,
et quòd hanc dationem frumentariam et jam ab immemorabili tempore
ab Oppidanis practicatam, atq; à Villanis hujus Capitaneatus dari solitam
invenerint, ad ipsam quotannis permittandam, Generoso Capitaneo Oppida-
nos obligent, sin autem Oppidani ipsam non ita pridem fuisse sibi impo-
sitam, ac semper reclamatam probaverint, eam in perpetuum abrogent, et
tollant. Demum ad revisionem fundorum, arearum, hortorum, pratorum
tam Capitanealium quàm Civitatensium, ac etiam possessorum per Procu-
ratorem et Parochos Augustovienses, adhibito etiam ad id, si opus fuerit,
Geometra jurato sumptu Generosi Capitanei conducendo, accedant, et quo-
rum jure hæc cuncta à modernis Possessoribus occupantur, indagent,
et perquirant, et quidquid ex hac revisione fundorum et perlustra-
tione jurium, et ad quem spectare repererint, id unicuiq; pro jure
et justitia adjudicent, et restitui demandent. Judæi in Oppido Au-
gustow inolatum habentes, et mercaturas sive propinationes exer-
centes, ac fundos Civitatenses possidentes, utrum aliquid tam ex fun-
dis quàm mercatura, ac etiam ex propinatione pro oneribus com-
munibus Civitatis contribuant, et num eosdem fundos civibus
intercesserint, et quo jure illos possident, investigent, ac ipsos ad
communia onera præsertim ex fundis possessis cum civibus ferenda,
tum à Mercaturis in Oppido exercitis, justa antiquas cum Oppidanis
Compositiones, compellant, pratensiones mutuas Generosi Capitanei
ad Cives, et Suburbanos, et Civium ac Suburbanor ad Generosum
Capitaneum sive ejusdem Capitaneatus Tenutarium, pariter et ad
Spirituales et Judæos, et è converso habitas, cognoscant, calculent et
decidant. Inquisitiones ex Testibus fide dignis rei notitiam habentibus
et dicta et depositiones suas juramento corporali comprobantibus,
etiam de Communitate eligendis super conspiratione per Cives et
Suburbanos in Ecclesia contra Generosum Capitaneum facta, tumultu
contra eundem excitato, desolatione Sylvarum Capitanealium, evectio-
ne per Cives lignorum, ipsorumq; pro sui lucro divenditione, violatione
Salvi Conductus, injuriis Civibus factis, ac Civium Jurisdictioni Capita-
neali recalcitratione expediant, omnesq; Cathegorias tam Juris quàm
facti sub mutuos Cultoratus Partium subintrantes et usq; ad Actum
expeditæ Commissionis intercedentes punctatim decidant, et definiant,
et præsertim in principales motores prædicti tumultus et Conjurationis
tum Lesivæ Generosi Capitanei circumscriptionis, advertant, eosdemque

quatenus per Inquisitiones convictos, panis in Decreto Nostro Commissio-
riali millesimi sexcentesimi Octuagesimi, vallatis, afficiant et puniant.
In reliquo bonum Ordinem in eodem Oppido inter Concives et Suburba-
nos tam in regimine quam in exigendis Contributionibus, atq; de pro-
ventibus Civitatis coram Generoso Capitaneo sive Ejus ad id Substituto,
reddendo quotannis Calculo, necnon super libera in Sylvis Capitanea-
libus prosoco et ædificiis juxta tenorem Decreti nostri millesimi
sexcentesimi Octuagesimi Primi, per Cives inibitione constituant,
vel si Partes in eodem negotio sub luctu Commissionis complanare
poterint, complanent, ejusmodiq; Complanationem Authoritate
sua Commissoriali approbent, sin minus totum id finaliter decidant,
salva nonnisi à Sola Sententia definitiva Parti gravatam se sentienti,
ad nos Judiciaq; nostra Appellatione manente, Committimus et
demandamus. Nihilominus Salvum Conductum iisdem oppidanis
et Suburbanis à vi et potentia Generosi Capitanei et Senatarii à No-
bis jam aliàs concessum, ipsis usq; ad plenariam Causæ hujus deci-
sionem prorogamus. Ne tamen eodem abutantur, imo Generoso
Capitaneo convectas in hucusq; dationes pendant, eidem in omnibus
licitis et honestis obediant, à tumultibus abstineant, sub rigore exe-
cutionis militaris ipsis præcipimus. Pactura sunt Fidelitates ve-
stræ promissæ omnia pro Gratia Nostra Regia et Officiorum suorum
debito. In quorum Fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die IV. mensis Maji
Anno Domini MDCCLX. Regni verò Nri XXVII. Annô. Augustus
Rex. Locus Sigilli majoris Cancellariæ Rnī. Adalbertus Rzewuski
Bullator J. Vinensis Sigilli majoris Regni Secretarius mp. Re-
scriptum Commissionis inter Oppidanos et Suburbanos Oppidi Lu-
gustow ab una, et Gnōsum Mniszek Curiæ Regni Vexilliferum
Capitaneum Augustoviensem ac dicti Capitaneatus Gnōsum Senu-
tarium multos Actores et Citatos, aliosq; Conitatos in Actoratus et
reatus ejusdem negotii intrantes. Bullas ejusmodi Literas Rescripti
Commissionis suprascripta sic ut præmissum per Oblatum petenti
Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descri-
Parti postulanti Authentice extradi: originale verò offerenti resti-
tui, de quo recepto Cancellariam quietavit: si permisimus.
In quorum Fidem &c. Actum Varsaviæ ut sup.

Oblata Privilegii Libertationis Domus Lapideæ Varsaviæ in
Platea Kozia dicta sita ab exoffitio suscipiendorum Hospitum
Nobilibus Francisco et Brigitta Jaroszewicz conjugibus servien-

Augusty

Augustus Tertius Dei:

Significamus &c Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellaria nostra Minoris Literas Originales Papyreas Privilegii Libertationis Domus Lapideae inframscriptae, manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo majori Regni communitas, sanas, salvas et illaesas omnig' suspitionis notâ carentes tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviae' necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis nostris, quorum interest universis et singulis. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum Nostrorum, pro nobili Francisco Gawdzicki, ad nos factam commendatagque habentes ipsius merita, faciendum esse duximus, ut Domum Lapideam in Suburbio Cracoviensi in Platea Kozia dicta sitam, ad praesens ejusdem Nobilis Gawdzicki et Brigittae Salomonowiczowna Ipsius Consortis propriam et hereditariam, ab exoffitio Nostro Regio et onere suscipiendorum quorumcung' Hospitum, tam extraneorum, quam Regni Nostri Incolarum Dignitariorum, Officialium, Servitorum et Auliconum Militumque Exercitus Nostrorum et Reipublicae, cujuscung' Status, Sexus, et Conditionis, ac praeeminentiae fuerint, tam sub tempus Comitiorum Regni quàmalio quovis tempore eximeremus et liberaremus, prout quidem eximimus et liberamus, Generosisg' Hospitiorum tam Nostris quàm Magnificorum Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Mareschalcorum et Capitaneorum Distributoribus, nunc et pro tempore existentibus mandamus et inhibemus, ne in praetacta Domo Lapidea eorundem Nobilium Gawdzickich Conjugum tam sub praesentia Nostra, quàm extra praesentiam Nostram, ac sub tempus Comitiorum et Convocationis Regni ac aliorum quorumvis Congressuum publicorum, Comitiolorum et Judiciorum, Stationes seu exoffitium cuicung' Personae assignare inscribere audeant et praesumant, idque sub poenis in Convulsores Privilegiorum Nostrorum sanctis. Quod omnibus quorum interest, praesertim verò Magnificis Mareschalcis Regni et M. Ducatus Lith^ae, atque Generosis Capitaneis Varsaviensibus moderno et pro tempore existentibus, tum eorum Distributoribus et Nostris, necnon Nobili et Spectabili Magistratui antiquae et novae Varsoviae, notum esse volentes, ipsos requirimus, mandamusque ut praenominatos Nobiles Gawdzickie Conjuges, eorumque praedictam Domum Lapideam circa praesentem Libertatem, et ab exoffitio suscipiendorum Hospitum exemptionem benigne concessam, conservent, manuteneant, et ab omnibus conservari et manuteneri curent. Pro Gratia Nostra Regia Officiorumque suorum debito. In cujus rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus Datum Varsaviae Die XVII. mensis Martii Anno Domini MDCCLVII. Regni verò Nostri XXIV. Annò. Libertatio Domus Lapidea Varsaviae in Platea Kozia dicta, sita, ab exOffitio suscipien-

dorum Hospitum Nobilibus Francisco et Brigitte Jaworzickim conjugibus datur. Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Regni. Adalbertus Baloun. Scillator Terre Vinensis Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. Cujus quidem modi Literas Originales Privilegii superscripti sic ut premittitur per Oblatam correctas, Nos Ad acta presentia suscipi, inscribi et ex iisdem fideliter descripti Parti postulanti Authentice extradi, Originale vero rursus offerenti restitui permisimus. In quorum Fidem &c: Actum ut supra.

Oblata Privilegii Libertationis Domus Lapidee Varsavie in Suburbio Cracoviensi sub Jurisdictione Capitulari et Decanali sita ab exoffitio suscipiendorum Hospitum Grosii Paulo Barss et Francisca Conjugibus servien.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse Ad acta presentia Nostrices Regni Cancellarie Nostre minoris Literas Originales Papyreas Privilegii Libertationis Domus Lapidee infrascripti, manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo minori Regni communitas, sanas, salvas et illesas omnig suspicionis nota carentes tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masovia, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae &c. Cernichoviag necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus presentibus Literis quorum interest universis et singulis. Quia Nos ad intercessionem certorum Consiliariorum Nostrorum pro Generoso Paulo Barss Secretario Nostro Nobis factam, commendatag ipsius merita habentes, faciendum esse duximus, ut Domum Lapideam in Suburbio Cracoviensi sub Jurisdictione Capitulari et Decanali sitam, ejusdem Generosi Barss, et Francisca Jaworzicka ipsius Consortis propriam et hereditariam ab exoffitio Nostro Regio, et onere suscipiendorum quorumcunque Hospitum tam extraneorum quam Regni Nostri Incolarum, Dignitariorum, Officialium, Servitorum et Aulicorum militumque Exercituum Nostrorum, et Reipublicae, cujuscunq Status, sexus et conditionis ac praeeminentiae fuerint, tam sub tempus Comitiorum Regni, quam alio quovis tempore eximeremus, et liberaremus prout Quidem eximimus et liberamus, Generosisque Hospitibus tam Nostris quam Magnificorum Regni et magni Ducatus Lithuaniae Marschalcorum et Capitaneorum Distributoribus nunc et pro tempore existentibus, Mandamus, et inhibemus, ne in praetacta Domo Lapidea eorundem Grosorum Barsow Conjugum tam sub praesentia Nostra quam extra praesentiam Nostram ac sub tempus Comitiorum et Conventionum Regni ac aliorum quorumvis Congressuum publicorum Comitiorum

Victor

triolorum et Judiciorum Stationes seu exofficium cuicunque Personæ assignare inscriberej audeant et præsumant, idque sub pœnis in Convulsores Privilegiorum Nostrorum sanctis. Quod omnibus quorum interest, præsertim verò Magnifiis Mareschalcis Regni et Magni Ducatûs Lithuaniæ, atque Generosis Capitaneis Varsaviensibus moderno et pro tempore existentibus, tum eorum Distributoribus et Nostris, necnon Nobili et Spectabili Magistratui Juris: Dictionis Capitularis et Decanalis notum esse volentes, ipsos requirimus mandamusque, ut prænominator Gnôzo Barsowie Conjuges, eorumque prædictam Domum Lapideam circa præsentem Libertatem et ab exofficio suscipiendorum Hospitum, exemptionem benignè concessam conservent manuteneant et ab omnibus conservari et manuteneri curent pro gratia nostra Regia Officiorumque suorum debito. In cujus rei fidem, præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datæ Varsaviæ Die XII. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCLVIII. Regni verò Nostri XXV. Annô. Libertatio Domus Lapideæ Varsaviæ in Suburbio Cracoviensi sub Jurisdictione Capitulari et Decanali sita ab exofficio suscipiendorum Hospitum Gnôzo Paulo Barss et Francisca Conjugibus datur. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni. Antonius Sikorski Sigillorum et Sigilli Regni Secretarius mp. Cujus ejusmodi Literas Originales Privilegii suprascripti ut ut præmissum per Oblatam porrectas, nos ad eam præsentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descripti Partis postulanti Authenticè extradi, Originale verò rursus Offerenti restitui permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra &c.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ in Crastino Festi Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Die videlicet Nonâ Mensis Maji Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimô. Regni verò Nri XXVII. Annô.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni Procancellarii Regni ut supra.

Requisitio de non existentia in Actis Metricis Regni certi Privilegii.

Augustus Pertius &c.

Significamus &c. Quod ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ hîc Minoris veniens personaliter Generosus Joannes Deffert nomine & ex Speciali Commissu Magnifici Josephi Alexandri Principis Jablonowski Palatini Novogrodensis Principalis sui agens, requisiverit a præsenti Cancellaria Nostra, utrum in Actis hisce utriusq; tam majoris quam minoris Cancellariæ, Privilegium Juris Communicativi super Terram Lwinogro-

Dzen-

dzeniem in anno millesimo Sexcentesimo Trigesimo nono, Die vigesima nona Novembris à Serenissimo olim Vladislao Quarto Rege Poloniæ Antecessore Nostro Generoso Anna de Potok, olim Generosi Alexandri Lozanowski Capitanei Bohusiavicensis Notarii Campestris Regni, consorti dictum, reperitur nec ne? cujus affectatoni presens Cancellaria Nostra annuendo, ad inquirendum premissum Jurii Communicativi Privilegium, Generosum Joannem Franciscum Cyrinski eiusdem Actorum ~~Actorem~~ Regentem addidit et deputavit, qui additus et Deputatus existens recognovit se super recensitum Juris Communicativi Privilegium ab initio Anni 1630mi usque ad finem Anni 1640mi inclusive quasivisse et non reperivisse, de cujus Privilegii Juris Communicativi non existentia hanc idem Generosus Joannes Franciscus Cyrinski intulit relationem, Generosus quoq' Requirens de diligentia Manifestationem. Pro majori vero fide et firmitate manibus propriis se se subscripserunt. Jan Excers S. Joan Fran Cyrinsky m.p. Quam ejusmodi Requisitionem Nos ad acta presentia admittendo, inscriptis et ex ijdem fideliter descriptam Parti Postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Oblata Remissionis Causa inter Nficum Franciscum Bielinski Supremum Regni Marschalcum, Bonorum Villæ Dembe et Budzisko cum attinentijs Illris Nfci Stanislaum Bielinski Capitaneum Jaroslaviensis hæreditaria ab una, et Nficum Dnum Czartoryski Palatinum Russiæ, Bonor. Villæ Chyziny et Wielkolas ad Capitaneatum Latovicen. spectantis. Possessorem ac alias intervenientis, per Commissarios Sacræ Matis ad Judicia Assessorialia juxta Augustum Tertium &c:

Significamus &c: Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris Literas Regreas Originales Remissionem Causæ inter Partes infrascriptas, per Commissarios Nostros ad Judicia Assessorialia Regni factas, et expeditas, "in se continentes" "sanas, salvas" et illæsas omnig' suspicionis notâ carentes tenoris sequentis: Actum in Fundo Controverso Bonor. Villæ Dembe et Budzisko cum attinentijs Illris Nfci Stanislai Bielinski Capitanei Jaroslaviensis hæreditaria ab una, atq' Bona Villæ Chyziny et Wielkolas ad Capitaneatum Latovicensem spectantia, tum ipsammet Oppidum Latovicæ et alia possessioni Illrmi Principis Czartoryski Palatini et Generalis Terrarum Russiæ et Podoliæ Capitanei Latovicensis subjecta parte ab altera, ubi antea Jurisdictio Commissorialis fundata fuit, nempe in Pariete præd. Dicta Villa Dzbe, à Bonis Villa Chyziny Capitaneatis fluvio Swider distinguente circa ipsummet fluvium Swider in Prato Pleskocha dicto,

aberg

atergo Edificiorum Ville Dembe usq' ad Rippam predicti Fluvii sub per
protenso Feria Secundâ post Festum Inventionis Sancte Crucis proximâ
videlicet Die Quintâ Maji Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimô
in presentia Mficorum et Gnosorum Thome Bieńkowski Burgrabii Castren
Varsaviensis, Michaëlis Wegrzecki, Michaëlis Mrozowski Notarii Ju-
diciorum Referendarium Regni, Thome Wozniakowski Regentis comunem
Judiciorum Referendarium Regni, Antonii Pezalski, Michaëlis Mroko-
wski, Alberti Zarembski, Joannis Więckowski, necnon Ministerialis Regni
Generalis Provisi Alexandri Bienko de Oppido Parysow Authentico et
Jurato. In quo Jurisdictionis Termino Partibus Illri Mfico Francisco
Bielinski Supremo Marschalco Regni Bonorum Villarum Dembe, et Bu-
dziska cum attinentiis anteacto, tum Illri Mfico Stanislao Bielinski Capi-
taneo Garvolien Bonorum eorundem presentaneo Hæredibus Actoribus
et Citis per Mficum Josephum Komirowski Regentem Marschalcatus
Regni, Inscriptum Plenipotentem tum Generosis Joanne Reyman suprad. Bonor.
Bonorum et aliorum Generali Commissario et Francisco Dybowski Bonor.
Dembe Administratore Act et Cit pmtr et Illustrissimo Augusto Prin:
ipe Czartoryski Palatino et Generali Terrarum Russiæ et Podoliæ Capit.
Latovicen Cit et Act per Mficum Antonium Gorski Venatorem Terræ
Siechanovien Inscriptum Plenipotentem, tum ipsomet eodem Mfico An-
tonio Gorski qua Illrmi Principis Palatini Russiæ, Generali Bonorum
Commissario, aty Generoso Casimiro Stanisławski Capitaneatus Latovicen
Œconomo et Gnoso Stanislao Zalarzewski eorundem Bonorum Wielkolas
et aliorum Capitaneatus Latovicensis Administratore Citatis et Actoribus
personaliter comparentibus et secum Judicialiter controvertentibus.
Et quidem Illribus Mficis Francisco Bielinski Supremo Marschalco
Regni Patruo Bonorum Dembe cum attinentiis Terrestrium anteacto et
Stanislao Capitaneo Garvoliensi Filiâetro Bielinski, Capitaneo Garvoliensi
eorundem Bonorum presentaneo Hæredibus. Lyonian Oppidani Latovi-
censes cum Communitatibus Villanis pariter Villa Dembe adjacentibus
in Termino presenti ex anteriori Limitatione quam ipsimet cum aliis
secum agentibus fieri affectaverant indebite non comparent. Proinde ad
effectum Comparitionis eorundem ipsos ex Mandato Judicii presentis Sæpe
Mattis Commissorialis avizari per Nilem Judicii presentis Apparitorem
illis q' mandari, Quatenus coram Judicio presenti post meridiem diei hodier-
næ peremptorie compareant, et si quid inferre debeant, inferant, ad nego-
tium q' accedant, aliquin in casum illorum non comparitionis, Judicium presens
Sæpe Mattis Commissoriale ad ulteriora procedurum etiam in Contumaciam
ipsorum adhærendo Legibus Regni tum Decreto ac Rescriptis Sæpe Mattis de-

clarari

declarari. Tandem suprascripta Pars Act: et Cit: videlicet Ill: et Mgci Supremus Marschalcus Regni et Capitaneus Sarvolien: per suum Plenipotentem agentes, Mōlem Rūi Fili Providum Alexandrum Bienko Authenticum et Juratum de Oppido Sarzow Judicii presentis Sacramentii Commissorialis Apparitorem ad faciendam per eum in Actu presenti Commissoriali de avisatione obdestinationeq: tam Oppidanis Latovicen: quam Communitatibus Villanis videlicet Chyzinens, Wielkolescens, Radzinen: et Jalinens intimata, relationem, statuerunt, Rui Statutus Ministerialis Rūi Fili personaliter recognovit se Communitates suprascriptas Oppidanam Latovicen: apud Famatum modernum Proconsulem, tum Villa Chyziny apud Advocatum Villarum, necnon Villarum Wielkolasceq, Radzineq et Jalineq similiter apud Advocatos eorum Villanos avisasse et ad comparendu: coram Judicio presenti pro hora post meridiem tertia diei crastine Actui presentis de mandato eiusdem Judicii presentis obdestinasse. Taliter vero obdestinatos, et quidem Oppidanos Latovicenses per Proconsulem, communitates vero Villanas per suos Advocatos se non comparituros sibi Ministeriali Regni Fili respondisse concludentibus. Cit: vero et Act: videlicet Illmis Augusto Alexandro Principe Czartoryski Palatino et Fili Terrarum Russie et Podolie Capitaneo Latovicen: et aliis. Ligui: dem Oppidani Latovicen: et Communitates Villarum ad eundem Capitaneatum spectantium non modo contumaciaiter presenti in Termino se sistunt, verum etiam et de manifestatione Sabbatho post Dominicam Judica Ludlem per eosdem Oppidanos ac Communitates Villarum tum Relatione editi Mandati Feria Secunda post Dominicam Ramis Palmarum Ludlem ex parte eorundem contra Partes ad presens comparentes Conditum eidem objiciendo, Judicium suum in arce Cernen: Actrig: proprii Districtus Anno presenti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo subsecutis, necnon Mandato in Originali reposito Judicium presens informatur, jam vero tam per Decretum Assessoriale Sacramentii, quam per Recepta in subsequens exportata, Oppositio Manifestationum et Terminorum resolvenda non est praecustodita aut determinata, non dum tam Oppidani Latovicen: quam Communitates Villanas convicti esse probantur, Proinde eosdem Oppidanos ac Communitates Villanas Contumaciaiter presenti in Termino se sistentes condemnandos declarari, cum Comparentibus vero ad ulteriorem eorundem Convictionem Causam suspendi dijudicandam Judicis inferente. Deinde suprascriptis Illustribus mpis Bielinskie: Quoniam Oppidani Latovicenses et Communitates Villanas non comparent, nemoq: eorum nomine Comparitionem inscribit, jam vero pro disparentibus manifestatio eorum recentissime facta et Citatio cum relatione ad Listendum Judicium presens Commissoriale ante eorum comparitionem, adeoque

legi-

legitimo Oppositionis Autore inexistente obtruditur, Quocirca adhærendo
etiam Legibus Regni ut nihil inserto Autore statuatur et inexistente dispo-
nentibus, Oppositionem Manifestationis ac Relationis Cittûs rejici et ad-
hærendo Instrumento Commissionis et Statuto Regni, tum subalterno
Rescripto sub Sigillis Domini Nri Clementissimi contumaciam dispar-
tium non attendi resolventibus, oppositionem prætactam nomine alterius
factum pro illegali declarari, affectatæ autem suspensioni cum Illustrimo
Capitaneo Latoricen non esse locum adinveniri, et exequendo Mandata
Legis et Sigillis experimentum de Legalitate Dictorum non obstante
Contumacia Disparentium ex juribus et paratis Inquisitionibus Par-
tium injungi, exponentibus. Quarum Partium utrarumq; Controversiis
judicium præsens Commissoriale Sigillis coram se factis exauditis
et gerente officio Michaële Sufczynski Castellano Cernensi, atq; Gnosii
Francisco Nalewajki Succamerario Terræ Visegrodiensis, Gabriele Le-
wicki Judice Terrestri Rawensi, Balthasaro Jasinski Notario Terrestri
et Casti Severino Przeczkowski atq; Dominico Jezlinski Burgrabiis Castren
Cernensibus amputata remissione ad judicia Assessorialia Sigillis de-
clarantibus et experimentum injungentibus, ea qua sententia modo pre-
misso per officios Commissarios a Sa Rta Mtte Deputatos et per Sgillos
Zielinskie locatos declarata, Illmus Capitaneus Latoricen et alii appella-
tionem ad judicia Assessorialia Sigillis interposuerunt quam appella-
tionem iidem officii Commissarii non admiserunt. Jam vero Generosis
Ligismundo Staniszewski Judice Terrestri et Mathæo Zienkowski
Notario Terrestri et Castrensi Czerwiensibus a Sa Rta Mtte ad peragen-
dum præsens Commissionis actum delegatis et ex parte Illmi Augusti
Alexandri Principis Czartoryski Palatini et Gnlis Terrarum Russiæ et
Podoliæ Capitanei Latoricen, tum officii Antonii Gorski Venatoris Terræ
Cziechanovien qua ejusdem Illmi Principis Palatini Russiæ Gnlis Bonor
Commissarii atq; Gnosorum Casimiri Staniszewski Capitaneatus Latoricen
Œconomi et Stanislai Zakrzewski eorundem Bonorum Villicolas et ali-
orum Capitaneatus Latoricensis Administratoris tantum locatis Commis-
sariis hoc in puncto discordantibus, inhærendo Statuti Regni Annorum Mille-
simi Quingentesimi Vigesimi Tertii Folio Trigesimo nono, Pagina seu Numero
Quadringentesimo Septuagesimo Sexto et Quadringentesimo Septuagesimo
Septimo. Titulo Succamerarius, atq; Eidem Statutis Annorum Millesimi
Quadringentesimi Quinquagesimi Quarti Folio Nonagesimo Tertio et Mille-
simi Quingentesimi Vigesimi Tertii Folio Trigesimo. Pagina Ducentesima sexta
tricesimq; Titulo Inhibitio, tum Constitutioni Anni Millesimi Quingentesimi
Sexagesimi Noni Folio Centesimo Nonagesimo Primo Titulo Kommissye, annexis

necnon attentis et consideratis Manifestatione Sabbatho post Dnicam
judica Quadragesimalem per Famatos Josephum Szelag Proconsulem,
Mathiam Czernia ejusdem Nominis Kwiatka Stanislaum Stulla
Consules, Josephum Kizielinski Notarium Oppidi Sacræ Mtis Latowicz
suis et totius Communitatis Ejusdem Oppidi Latowicz nominibus,
necnon Laboriosos Adamum Cygan Wielgolesen. Gregorium Chrost
Chizinesen, Andream Pazura Jelinesen Advocatos, suo et Laborios
Casimiri Catka Advocati Kedzynen. ac Communitatum subditorum
ac Capitaneatum Latovicen. spectan. nominibus, subveniendo Juris
suorum integritati Bonorum totalium Capitaneatus Latovicensis
indemnitati obviando contra Celsissimum Augustum Alexandrum
in Klewan, Lubow, Jarostaw et Szlitow Ducem Czartoryski Palati-
num et Gilen. Terrarum Russiæ et Podoliæ, Plen. Grandia Regni
Camenecen. Latovicen. &c. Capit. Tum Mficum Antonium Jorski
Venatorem Ciechanoviensem ejusdem Capitaneatus Latovicen. Com-
missarium et Pnoum Casimirum Staniszewski ejusdem Capitane-
atus Oeconomum, atq. Pnoum Joannem Nepomucenum Skomin ju-
Metricæ Minoris Cancellariæ Regii Prefectum, ad Causam manife-
standum non requisitum neq. inscriptum Plenipotentem necnon
Illres Mficos Franciscum Supremum Regii Mareschalcum, Rohatinen.
Capitaneum, Bonorum Dembe ac aliorum anteactum, Stanislaum
Capitaneum Jarocliensem, eorundem Bonorum modernum, Haredes
Bielinskie, tum Pnoum Joannem Reyman, Bonor ejusdem Illris Mfici
Bielinski Supremi Regii Mareschali Gilen. Commissarium, tum denq. Pnoum
Franciscum Dybowski Bonorum Dembe Administratorem, ad extremum
Illres Mficos Commissarios, ad expediendum Commissionis Actum assignatos,
et per Partes principaliter secum agentes, in iis Manifestantibus, impe
tratos et conductos, objiciendo, Decreto Assessoriali Sacræ Mtis assignatæ
Commissionis, tum Rescripto à Sacra Mte exportato, totiq. Actui Commissoriali
conditamen, tum de inexistentia ac invaliditate Tum Decreti injuncta
Commissionis quam Rescripti, tum Innotescentialium, Actus q. Commissoriali
ac Limitationis in eodem contenta, sistendo ulteriorem processum
executionem, tum de pœnis per Judicium competens, super gelo interesis
extendendis, et Mandato Varsaviæ Feria Secundâ post Dnicam Lætare
Eadem proxima Die scilicet Decima Septimâ Mensis Martii Anno pra
senti Millesimo Septingentesimo Sexagesimô ex parte earundem
Communitatum tam Oppidanee Latovicen. quam Villanæ Wielholesen.
Chizinensis, Kędzinensis, Jelinensis, contra eosdem, inhærendo Manifesta-
tioni Suprascriptæ ad Judicia Assessorialia Sacræ Mtis pro repositione tam

Decreti

Decreti Judicii Assessorialis Scriptis injunctæ Commissionis in condicto exportati, Commissariorij pro parte Actorum adnotatos, non continentis, tum Rescripti, cujusdam in corroborationem præmissi Decreti similiter in condicto à S.ta Sede ad nuncium Cancellaria Informationem procurati, tum Actus ejusdam Commissionis non attentis Oppositionibus Actor. Juridice illatis injuriose et cum præjudicio Actorum expediti, ac Inquisitionem circa eorundem Actum educturum, cassationeq. eorundem, ac injunctione iterata Commissionis cum assignatione Commissariorum, pro parte Actorum circumscribendaq. regula cum inhibitione ulteriorjs continuationis Actus Commissorialis edito, et in Originali reposito. Ac extremum Relatione ejusdem Mandati Feriâ Secundâ post Dnicam Ramis Palmarum Eiusdem, utriusq. tum Manifestatione eiusdem Relatione coram Actis Castrensibus Cernenciensibus provincii Districtus in Anno præsenti 1760mo facta et subsecuta, latius prænissa in se continentibus, prohabito quoq. eo: quod Decretum Judicii Assessorialis Sacratissimi nunc executivum Varsaviæ Feriâ Secunda ipso Die Festi Sanctæ Agathæ Virginis et Martyris Die scilicet Quinta Mensis Februarii Anno Dñi 1759no. ad Compuritionem Jnsi Joannis Instigatoris Regii et mpti Franciscj Bielinski Supremi Mareschalci Curiæ Bonorum Villæ Dembe et aliorum Hæredis, tum Jnsi Joannis Beyman Bonor ejusdem mpti Supremi Regni Mareschalci gratis Commissarii, necnon Francisci Dybowski Bonorum prædictæ Villæ Dembe Administratoris adversa, atq. ejusdem Jnsi Instigatoris Regii et mpti Augusti Principis Czartoryski Palatini et Gubernatoris Russiæ, Latovicen. Capitanei, necnon Jnsor. Antonii Jozefi Arenatorii Terræ Cielhanovien. ejusdem mpti Palatini Russiæ Commissarii, Petri Staniszewski Capitaneatus Latovicen. Actionis, tum Famatorum Præconsulis, Consulum, totiusq. Communitatis Oppidi Latovicensis, ac Laboriosorum Jesionek, Siwoszowczyk, Chrost, Telerzak de Communitate Villæ Chiziny et Wielkolas, ad eundem Capitaneatum Latovicen. spectantis Subditorum parte ab altera, prætermissis Communitatibus Villanis nimirum Wielkolesiensis, Chizinensis, Rędzinen. et Jelinensis sit emanatum, Decretum intentatæ Commissionis cum Limitatione in Ordine futuræ Decisionis causæ juxta obligationem sui intercepit, nec hucusq. Causa eadem decisa aut resoluta existit, Proinde non intrando in cognitionem præmissor. Causam præsentem cum toto ejus effectu ac Partibus ipsis utriusq. ad Judicia Assessorialia Sacratissimi pro Decisione remiserunt, et præsenti Actu suo remittunt conservando in eodem Partibus utriusq. Terminum Comparendi paratum peremptorium. Joannes Sigismundus in Ostrożka et Kunie Stani: Szenyski Judex Ducatus Masovia Terrestris Ciechanovien. ad R.mi Commissarius

ex parte Illrmi Czartoryski Capitanei Latovicen. tum Mpti Gorski et Gnoiński Stanisławski, Et Zakrzewski Locatus mp Locus Sigilli in cera rubra expressi. Mathaus Bienkowski Notarius Terris et Castrensis Varsaviens. ex parte eorundem Commissarius. mp Locus Sigilli itidem in cera rubra expressi: Quas ejusmodi Literas Decreti Remissionis Causa suprascriptas sic ut praefertur oblatas correctas nos Ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale vero offerenti restitui permisimus. In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Datum Varsaviæ Feriâ Sextâ in Crastino Festi Ascensionis in Coelum Domini nostri Jesu Christi, Die scilicet Decimâ Sextâ Mensis Maji, Annô Domini Mil: lesimô Septingentesimô Sexagesimô Regni vero nostri XXVII. Annô

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rmi Dni Procancellarii Regni ut supra.

Oblata Actus Commissorialis Granicierum inter Bona Dembe et Budziska Hereditaria, et una et Bona Villas Chyziny, Wielgolas ad Capitaneatum Latovicensem spectantia tum ipsummet Oppidum Latowicz et alia. parte ex altera.

Augustus Tertius &c: Significamus &c: Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris Literas Originales Papyreas Actus Commissorialis infrascripti, manibus Commissariorum nostrorum subscriptas, et Sigillis eorundem in cera rubra Hispanica expressis communitas, sanas salvas et illæsas omnique suspitionis nota carentes Tenoris sequentis: Actum in Fundo Controverso inter Bona Villa Dembe et Budziska Illustris magnifici Stanislai Bielinski Capitanei Garvolinensis hereditaria ab una, atq; Villarum Chyziny, Wielgolas ad Capitaneatum Latowicz et alia possessioni Illustrissimi Principis Czartoryski Palatini et Generalis Terrarum Russiæ et Podoliæ Capitanei Latovicensis parte ab altera, ubi antea Jurisdictio Commissorialis erat fundata, nempe in pariete praedicta Villa Dembe, a Bonis Villa Chyziny Capitaneatis fluvio Swider dirimente, circa ipsummet fluvium Swider in Prato Plesiocha dicto, atergo ædificiorum Villa

Dembe

Dembe: usq; ad Rippam prædicti Fluvii protenso, Feriâ Secundâ post Festum Inventionis Sanctæ Crucis proximâ Die videlicet Quintâ mensis Maji, Annô Domini millesimô septingentesimô sexagesimô. In præsentia Magnificorum, Generosorum Thomæ Bienkowski, Michaëlis Ugrzecki Burgrabii Castrens Varsavien, Antonii Pszczelki Dapiferida Rozanen, Josephi Gorski, Valentini Szymborski Geometræ Juratj, Thomæ Wozniakowski Jacobi Wigchowski, Alberti Laziewski et aliorum ad hunc Actum congregatorum, necnon Ministerialis Regni Generalis Provisi Alexandri Bienkowski de Oppido Paryzow Authentici et Juratj Actum præsentem acclamantis. Nos infrascripti sacræ Regiæ Mattis Commissarii virtute Limitationis nostræ Feriâ Secundâ post Festum Sancti Laurentii Martyris proximâ Die videlicet Decimâ Tertiâ Mensis Augusti, Annô proxime præteritô Millesimô Septingentesimo Quinquagesimô Nonô, in Tundo controverso inter Bona Villa Dembe et Budziska cum attinentiis Illris mfci Stanislai Bielinski Capitanei Garvolinen, hereditaria ab una atq; Bona Villa Chyziny et Wielkolas ad Capitaneatum Latovicen spectantia, tum ipsummet Oppidum Latowicz et alia possessioni Illustrissimi Principis Czartoryski Palatini et Generalis Terrarum Russiæ et Podoliæ Capitanei Latovicen subjecta, ad affectationem mfci Gorski Venatoris Terræ Ciechanovien qua Plenipotentis Illustrissimi Principis Palatini Russiæ Capitanei Latovicen Bonorum Commissarii, tum Generosorum Œconomi Capitaneatûs Latovicensis et Administratoris, necnon Oppidanorum Latovicensium, tum Communitatum Villarum Ejusdem Capitaneatus, utpote Chyzinen, Wielgolasken, Radzinensis et Jalinensis, de alterius Partis Consensu ad Diem præcisè hodiernam, cum Conservatione Termini et Inquisitionibus paratis, post expeditos Partis utriusq; Ductus per Testes Juratos eductis, et per Partes utriusq; comprobatis subsecuta, in loco ut supra controverso fundavimus. Qua fundata Partes ad comparendum suprascripto ministeriali acclamare mandavimus. Quo in Termino Partibus et quidem Illrissimo mfico Francisco Bielinski Supremo Mareschalco Regni Bonorum Villarum Dembe et Budziska cum attinentiis antedicto, tum Illri mfico Stanislao Bielinski Capitaneo Garvolinen Bonorum eorundem præsentaneo Hæredibus Autoribus, et Citatis per Magnificum Josephum Komierowski Regentem Mareschalcatûs Regni Inscriptum Plenipotentem, tum Generosis Joanne Leyman suprædictorum Bonorum Generali Commissario, et Francisco Dyborski Bonorum Dembe Administratore personaliter. Illustrissimo Augusto Principe Czartoryski Palatino et Generali Terrarum Russiæ et Podoliæ Capitaneo Latovicen, per mficum Antonium Gorski Venatorem Terræ Ciechanovien inscriptum Plenipotentem, tum Ipsomet mfico Gorski quâ Ejusdem Illrmi Principis Palatini Russiæ Generali Bonorum Commissario, atque Generoso Casimiro Staniszewski Capitaneatus Latovicen Œconomo, et Gnôso Stanislao Zaborzewski eorundem

Bonorum Wielkolas et aliorum Capitaneatus Latowicen.s Administratore
Actoribus et citatis personaliter. comparentibus et secum in controversias
descendentibus, et quidem Illmo Principe Czartoryski Palatino Ruthe
Capitaneo Latowicensi, atq; mco Jorski generali Commissario, tum Gnõris
Staniszewski Capitaneatûs Latowicen.s Oeconomo et Zalorzewski ejusdem
Capitaneatûs Administratore, Causam presentem Granitiorum inter
Oppidum Latowicz et Villas Chyziny, Wielkolas, Radzinskie et Jaliny
ad eundem Capitaneatum spectantes, controversarum sine compa-
ritione Communitatum, tam Oppidi Latowicz, quàm Villarum Capi-
taneatium decisionem non posse sortiri inferentibus, et manifesta-
tionem Sabbathô post Dominicam Judica Quadragesimalem per
Oppidanos Latowicen.s ac Communitates Villarum supra exarata-
rum tum Relationem citi Mandati Feriâ Secundâ post Dominicam
Ramis Palmarum Quadragesimalem Annô proxime millesimô Se-
ptingentesimo Sexagesimô coram Actis Castrens Cernens de objecto
conditamine contra refactam et recognitam opponentibus et
Remissionem Causæ Ejusdem retrusis ad Judicia post Curialia Sacra
Regia Mtis exinde affectantibus, Illustrissimo quoq; Mcõ Francisco
Bielinski Supremo Mareschalco Regni Bonorum Dembe et Bu-
dzilia cum attinentiis anteacto, tum Illri Mcõ Stanislao Bielinski
Capitaneo Garvolinensi praesentaneo eorundem Bonor.m Haeredibus, atque
Generosis Joanne Reymann Supradictorum Bonor.m Generali Commissario
et Francisco Dybowski Bonorum Dembe Administratore. Adscriptum
Sacrae Mtis de tenore ejusmodi: Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex
Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ, Ruthiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kiovviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ,
Czerniechoviæq; necnon Hereditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector
Magnifico Michaëli Suffczynski Castellano Cernensi, tum Generosis
Francisco Walewski Succamerario Wyszogrodien. Sigismundo Sta-
niszewski Varsavien. Gabrieli Lesiewski Laven. Judicibus Terrestribus,
Matheo Bienkowski Notario Terrestri et Castren.s Varsavien.s, Baltha-
zaro Jasiński Regenti, Severino Przezbkowski et Dominico Sokolinski Bur-
grabiis Castren. Cernen. Commissariis nostris sincere et fideliter Nobis
dilectis Gratiam Nostram Regiam. Magnifice et Generosi sincere et
fideliter Nobis Dilecti. Expositum Nobis est, per certos Consiliarios Nostros
Lateri nostro assidentes, Qualiter in negotio Dilimitationis juxta an-
tiquos Limites Commissoriales aliaq; Documenta Granitialia Fundor.m
Haereditatis Dembe et Budzilua à Fundis Capitaneatus Nostri Lato-
vien.s Villarum videlicet Chyziny, Wielkolas, Radzinskie, Jaliny, tum Oppidi
Latowicz parietaliter adjacent.s Sinceritas et Fidelitates Vestra, primum
quidem Decreto Judiciorum Nostrorum Varsaviæ Die Quintâ Mensis Fe-

brua-

bruarii Annô immediatè elapso, inter Mſicum Franciscum Bielinski Supremum Regni Marschalcum Kobatinen: Capitaneum, qua protunc Hæredem Bonorum Dembe et Budziska aliorq; atq; Mſicum Augustum Principem Czartoryski Palatinum et Generalem Terrarum Russiæ et Podoliæ Latovicen: Capitaneum, tum Communitates Oppidanas Latovicen: ac Villanas Chyzinen: Wiellolasscen: aliasq; prolato, demum post mutatam de Persona mſci Supremi Marschalli Regni vigore certarum Transactionum in Personam Generosi Stanislai Bielinski Capitanei Garvolinen: Filiastri sui, eandem Hæreditatem mediante Descripto seu Instrumento Commissionis Nostræ ex dispositione Legum Regni à Nobis per eundem Mſcum Capitaneum Garvolinen: legitimè impetrato in Commissarios Nostros designata extiterint, adeoq; Actu suo Commissoriali die videlicet Decimâtertiâ mensis Augusti Anno eodem immediatè elapso Millesimô Septingentesimo Quinquagesimo Nonô. In Termino Literarum Immotescentialium abutraq; parte etiam quoq; ab Oppidana ac Villanis Communitatibus Capitaneatus Nostri Latovicen: sibi mutuo editarum, aditationisq; Collateralium inchoato post fundatam Jurisdictionem suam Commissorialem, productionem hinc inde Jurium etiam ex personali Comparitione per Communitates Oppidi ac Villarum dictim Limitandarum inscripta subsecutam, tum post Dictus Limitum hinc inde ex Controversiis ac Personali Comparitione et attendentia earundem Communitatum expeditos. Inquisitiones Testium abutrinque editas, ac Juramenta Partium super incorruptionem Testium recepta, ipsimet Oppidanis judicato Commissoriali, quo ad inductionem Testium per instantiam suam in eodem Actu Commissoriali ab ipsis factam sede expresse subjicientibus, ac Satisfactionem edicendarum suarum Inquisitionum offerentibus, et reipsa inductionem Testium suorum effectuantibus eo perverint ut Limitationem Actus Commissorialis affectantibus, ipsam ijdem Oppidanis tum Generoso Plenipotente Magnifici Principis Czartoryski Capitaneo Latovicen:, ac Communitatibus Villanis totiesdicti urgentibus, accedente necessitate in id ipsum, Consensu alterius Partis nimirum Hæredis in Dembe et Budziska, ad Feriam Secundam post Festum Inventionis Sanctæ Crucis proximè Anno Currenti inchoantem, in Ordine futuræ suæ Commissorialis de negotio ipso principali Limitum decidionis fecerint et Terminum eundem Partibus coram se pro reassumptione comparendi Sententiamque suam Commissorialem audiendi prafixerint peremptorie. Quastante Limitatione Oppidani Latovicen: cum Communitatibus prædictis Villanis Citationem suam ad Judicia Nostra cum Inhibitione eidem Citationi annexa, ne Actus idem Commissorialis ex Limitatione sua ipsorum propria etiam per ipsosmet Oppidanos et Communitates Villanas impetrata et procurata reassumatur, ulteriusq; ad Sententiam definitivam continuetur, ex ratione satis illegali quasi Decretum illud quo primitus Commissio hæc Granitialis designata erat, fuisset in condicto Ple-

nipotentis ab ipsis non constituti prolatum extradiderint. Supplicatum
itaq; Nobis quatenus in præmissis ea quæ Juris et Justitiæ esent providere
dignaremur, Quocirca Nos pensatis omnibus præmissis Solennitatibus
Actus commissorialis per ipsamet communitates Oppidanam et Villanas Capi:
taneatus Latoviciens gestis, ac multifariam acceptationem commissionis
Granitialis comprobantibus, tum ipsa limitatione Actus Commissorialis
in Ordine futuræ decisionis commissorialis, cum Termino præfixo facta;
quæ eorundem Oppidanorum ac Communitatum desiderio et affectatione
impetrata est, et quam necessario reassumptio ejusdem Actus subsequi de:
bet, necnon eo attento, quod Instrumenti commissionis, ad delimitatio.
nem hæreditatis, à Bonis, Natris faciendam concessio nostra non abar:
bitrio et consensu Subditorum nostrorum Latoviens sed à necessitate
Legum Regni dependebat, heredi q; soli competebat, tum quod prædicta
Citatione, Ipsimet Oppidani ac Communitates Villanæ fateantur Actum
Commissorialem nondum ad Sententiam definitivam perductum esse, ejusq;
inhibitorialis citatio non modo vi Legum et Statutorum Regni cat nulla
sed et Actum Commissorialem præsertim verò jam in ultimo gradu ferendæ
Sententiæ definitivæ existentem sistere non valet. In casum quoq; futuri
gravaminis, Appellatio à sola definitiva Sententia est reservata, Linea:
mentem et Fidelitatem Vestram requirimus, quatenus non obstante quarumvis
Citationum etiam ad reponendum præsens Rescriptum, tum Inhibitionum
et Rescriptorum Nostrorum oppositione aut Contumacia alterius Partis
absentis q; nonnullorum ex Fidelitatibus Vestris: modo hoc fecerint etiam
ex aliis et Succamerario quocunq; aut Camerario granitiali priori Rescripto
seu Instrumento Commissionis et Decreto designatis, quotquot de jure adesse
tenentur; non attentâ, ad Sententiam definitivam ex Inquisitionibus jam alias
expeditis et Juribus Documentisque Partium inante productis aut denuo
producendis, ac ad alia de jure ubi incumbentia in futura Actus Commissio:
rialis reassumptione procedant. Facturæ sunt præmissa sinceritas et Fideli:
tatem Vestram pro gratia Nostra Officiis sibi Commissi debito. In cujus rei fi:
dem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Varsaviæ Die secundâ Mensis Maji Anno Domini Millesimo Septingen:
tesimo Sexagesimo, Regni verò Nostri Vigesimo Septimo Anno. Augustus Rex
Locus Sigilli Regni Cancellaria Majoris. Adalbertus Załuowski Bacillator Terræ
Visnensis Sigilli Majoris Regni Secretarius manu propria. Rescriptum in
negotio Delimitationis Commissorialis hæreditatis Dembe et Brdzizka, à
Bonis Capitaneatus Latoviens, nempe Oppidi Latowicz ac Villarum eidem
hæreditati parietaliter adjacentium. Cum Decretum Postoriale et Regni
ptum primitivum Commissionis sese Mattis executivum, ex quibus vi
Limitationis supraexaratæ per Illrmum Capneum Latoviens et alios
atq; Communitates videlicet Oppidi Latowicz et Villarum Regalium Bonis
Terrestribus Dembe et Brdzizka contiguarum affectatæ et de consensu Hæredis
subscriptæ, præsens percagitur Actus, reponentibus, virtuteq; præmissorum
et Statuti Regni prætensam Remissionem amputari inferentibus et

dijudi-

disjudicationem Causæ, resolutionemq; legalitatis Ductuum per Partes in Personali earum attendentia, et controversiis, in anteriori nostræ Commissionis Termino expeditæ et determinationem Limitum controversorum expostulantibus. Non itaq; Sæpe Mttis Commissarii Controversiis earundem Partium in præmissis pro et contra ineuctis exauditis certioris scientiæ Causâ tam Oppidi Latowicz quàm Villarum Regalium Communitatum Nostro coram Judicio Commissoriali comparendarum nempe suspensa tantisper Controversiarum et Illationum Partium resolutione et Declaratione Judiciali Ministerialem Regni Gnâlem Providum Alexandrum Bienko de Oppido Laryssow Judicii Nostri Apparitorem cum Avisatione earundem Communitatum et Mandato nostro coram Judicio comparitionis, ordinavimus, et ob spem dictarum Communitatum Adventus, Actum præsentem ad diem Crastinam videlicet Feriam Tertiam post Festum Inventionis Sæ Crucis et diem Sextum Maji supra scripto Ministeriali reclamare injunximus. Tandem in Crastina ut supra die reassumpta nostra Jurisdictione Commissoriali, quoniam idem Ministerialis Judicii nostri Apparitor, cum Relatione commissæ sibi denuntiationis personaliter se sistens supra exaratas Communitates videlicet Oppidi Latowicz et Villarum Regalium in Oppido quidem Latowicz apud Famatum modernum Proconsulem in Villis quoq; Chyziny, Wielkolas, Redzinskie et Jaliny Regalibus apud Advocatos Villanos deintimata ex mandato Judicii Nostri Commissorialis earundem Communitatum Comparitione per se distinctim obtestinâsse et avisâsse, Resolutionemq; dictarum Communitatum positivam Decreto Posturiali ac Rescriptis Commissionis Sæ Remittis inobedientem Nostro coram Judicio Commissoriali non comparituras dictas Communitates dedisse et respondisse Judicialiter recognovit et retulit, Idcirco ad resolutionem Controversiarum Partium et Illationum pro et contra accessimus, Et licet quidem Illmus Princeps Czartoryski Capitaneus Latovicen per suum Mjcum Plenipotentem supra exaratum, unà cum aliis ejus pro interesse compascentibus in fundamento suprascriptæ manifestationis et Relationis Mandati per prædictas Communitates ad præsens disparentes sistendo executionem Decreti Posturialis et Rescriptorum Commissionis Sæ Mttis executivorum exportati ob defectum Comparitionis earundem Communitatum Remissionem Causæ præsentis Granitialis ut supra affectat Verùm quoniam Pars Actorea Hæredes videlicet Bonorum Dembe et Buczilea principaliter agentes, non modo Statuta Regni de Limitibus inter Bona Regalia et Terrestria controversis omnimodam in disjudicando et dislimitatione per Commissarios à Sa Ra Matte per Hæredes Bonorum Terrestrium impetratos indilatè subsequenda accelerationem Justitiæ indigitantia, et quasvis per quospiam Bonorum Regalium Possessores sive Communitates sistendo Juris gradum Oppositiones sive Inhibitiones, pro obstaculo executionis Decretorum opposita prohibentia, etiam Contumaciales in talibus Decisionem et Dislimitationem inter Bona controversam permittentia, Verum et Decretum Posturiale Sæ Mttis inter Partes ad præ-

sens Comparentes, et alios nunc disparentes, ad mutuos earundem Partium
tam Comparentium, quàm ad praesens contumaciter se gerentium, Litoralis
et Realis Varsaviæ Feria Secunda post Festum Sanctæ Agathæ Virgi-
nis et Martyris, Die videlicet Quinta Mensis Februarii Anno proximè
praeterito Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono, ex seriis
Partium controversiis prolatum, tum Rescripta bina seu Instrumenta
Commissionis; Et quidem primum Die Vigesima Quintâ Mensis Junii
in Anno elapso millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono, in
Limitationem supra exaratam ingrossatum. Alterum item Varsaviæ
Die Secundâ Mensis Maji Anno praesenti Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo, per suprascriptos Bonorum Dembe cum attinentiis Hæ-
des in Ordine Executionis Decreti Posturialis et non obstante quavis
oppositione sive Contumacia alterius Partis Bonorum Dembe et Bu-
dzilea Terrestrium cum Capitaneatu Latovicensi et ipsorum et Oppido
Latowicz, cum Villis ad eum spectantibus contiguis supra specificatis
Dislimitationis sic sonantia à Sacra Regia Matte Domino Nostro
Clementissimo nunc feliciter Regnante virtute Legum Regni im-
petrata et exportata reproducunt, et notitiam ejusmodi Decreti Post-
curialis comparitione per Partes inscripta, et mutuis earum Actora-
tibus subsecuti probant, acceptationemq; ejus tam per Literas Partium
omnium Innotescentiales pro Termino primitivi Actus Nostri Commissoria-
lis ubi ab invicem exportatas, quàm expeditos ex Controversiis et personali
attendentia ab utriusq; Ductus, Inquisitionesq; in eodem Termino eductas,
et Juramentis per Partes comparentes et Communitates Oppidi Latowicz
et Villarum Chyziny, Wielkolas, Radzinskie et Jaliny, super incorru-
ptam Testium fidem in mutua Partium attendentia proxtitis compro-
batas, necnon Limitationem in Ordine finalis Causæ et controversiarum
Limitum in Termino praesenti Deductionis et dijudicationis per Partes
suprascriptas ad personalem protunc earum omnium Comparitionem
affectatam, et de Consensu Bonorum Dembe cum attinentiis Hæredum
subsecutam Terminumq; Partibus comparendi ad praesens peremptorium
prafigentem et conservatum deducunt, Conditamen autem nonnudo
proponere, verum et contra omnem rationem cujusdam actæ Ignorantiæ
Decreti Posturialis 22 Martii nullijuam Partium praejudicantis, et
nonnisi solitam Dislimitationem Pratorum et Fundorum inter Bona
vicina supra exarata Terrestria et Regalia controversiarum subsequendam
injungentis, Quinimo à Definitiva Sententia concessæ Appellationis Parti
gravatam se sentienti beneficium praemunientis, per disparentes Commu-
nitates, Oppidanam Latovicensem et Villanas objectum in Judicio Nostro
Commissoriali nihil posse operari dareq; demonstrant, Quapropter attentis pra-
missis omnibus studendo Justitiæ et Aequitati ulteriores quasvis Violentias
et controversia Pratorum et Agrorum per retardatam eorum et porro indilatè

neces-

necessariam finalem Dilimitationem inter Communitates Bonorum Terrestrium et Regalium consequendas amovendo et Decretum Postcuriale ac Rescripta Sacramentalis ad plenimodam exprescripto Legum et regulacorum executionem deducendo, Suspensionemq; modo quo supra factam resolvendo Remissionem Causæ præsentis Granitialis per Partem Comparentem et quasimodo rem disparentium agentem, ad Judicia Sacramentalis Postcuriale alia indebite pratensam amputavimus, et non obstante Contumacia disparentium Communitatum vi Statuti Regni et Decreti Postcurialis et Rescriptorum Sacramentalis in Causa Partibus comparentibus prosequi mandavimus. Appellat Mfus Jorski Venator Terræ Ciechanovien. quà Illmi Capitanei Latovicen. Generalis Bonorum Commissarius et Plenipotens una cum Generosis Œconomo et Administratore Capitaneatus Latovicen. ad Judicia Postcurialia Sacramentalis ab accessorio injuncta prosecutionis quam itaq; Appellationem uti modo primum à definitiva Sententia Decreto Postcuriali et Rescriptis Sacramentalis Parti gravatam resentienti reservatam et præcustoditam per Partem quoq; appellantem in protellationem Dilimitationis motam non admisimus et Partibus comparentibus in negotio ulteriùs procedere decrevimus. In procedendo quatenus Lex principaliter agens videret Bonorum Dembe et Budziska cum attinentiis Hæreditatis, negotium principale Granitierum controversarum inducant, Jura et Documenta Granitialia tam in anteriori Termino reposita, quàm alia penes se reperibilia legalitatem Ductus Bonorum Dembe et Budziska Terrestrium cum Oppido Latowicz et Villis Regalibus contiguorum in primitivo Commissionis nostræ Termino expediti evincentia reponant et reproducant, adinvenimus. Tandem post Recessum à prosecutione et inductione negotii demandata, Comparitionem Illustrissimi Czartoryski Palatini et Generalis Terrarum Russiæ et Podoliæ ac Mfi Jorski Venatoris Terræ Ciechanovien. qua ejusdem Celsissimi Principis Bonorum Capitaneatus Latovicen. et aliorum generalis Commissarii et Plenipotentis, tum Gnosond. Staniszewski dicti Capitaneatus Œconomi et Zalarzewski Administratoris Nos infrascripti Sacramentalis Commissarii conformando se ad regulam Decreti Postcurialis ac Rescriptorum Commissionis Sacramentalis non obstante cujusvis Partis Contumacia Granitierum inter prædicta Bona Terrestria et Regalia controversarum etiam de præscripto Statuti Regni dilimitationem faciendam et determinandam indigitantium et præcise jubentium ad revisionem et perlectionem Juriium et Documentorum accessimus. Quibus revisis pensatisq; documentis tam in ante productis, quàm aliis pluribus ad præsens coram Judicio præventi Sacramentalis Commissorialis repositis jisq; matura deliberatione trutinatis, lectisq; Inquisitionibus Testium ex utraq; parte eductis, et Juramentis comprobatis, ac in actis Rothulis circa Judicium præsens Commissoriale vigore anterioris Sententiæ suæ Commissorialis relictis, et in ordine decisionis suæ Commissorialis retentis. Quoniam pro parte Hæreditatis Villarum Dembe et Budziska exhi-

bitis

bitis, et quidem Decreto commissoriali Sᵗᵉ R. Mᵗᵗis in loco differentiarum in Oppido Latowicz Feriâ Secundâ in Crastino Sanctæ Catharinæ Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Tertio ex controversiis rationę Granitierum inter hæreditatem prædictam atq; Bona Sᵗᵉ Mᵗᵗis Oppidi Latowicz et Villarum Chyziny, Radzinskie et Jaliny prolato, atq; Terrestribus Sarvolinensibus Feriâ Tertiâ ante Festum Sancti Adalberti Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Quinto ingrossato, Fluvius Swider antiquo suo et nunc currenti meatu tam Oppidum Latowicz, quam prædictas Villas Sᵗᵉ Mᵗᵗis parietaliter dividere, dilimitareq; probatur, Lustratione quoq; Oppidi Latowicz Anni Millesimi Quingentesimi Sexagesimi Quarti ex Archivo Thesauri Regni deprompta, Granities Oppidi Latowicz obloquente, idem Fluvius Swider Hæreditatem Generosorum protunc Dembeński ab Oppido Latowicz ab ortu Solis dilimitare deducitur, Demum Decreto Stabilitatis Judiciorum Referendarialium Regni, Regnante Serenissimo Joanne Casimiro Rege Poloniarum, inter Illrem Mᵗᵉum Oppachi Succamerarium Varsaviens. Capitaneum Latovicens. atque Communitates Villarum Chyziny, Wielkolas, Radzinskie, Jaliny, aliasq; ibidem specificatas ex controversiis subsecuto, necnon Lustratione ultimaria Capitaneatus Latovicens. et Oppidi Latowicz Villarumq; ad eundem Capitaneatum spectantium Anni Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi ex Archivo Quarto et Hybernarum Thesaur. Regni Authentice extracta, conformiter cum Decreto prælegato Referendariali Regni prædictæ Communitates Villæ Chyzinensis et Wielkolasensis æqualiter cum Oppidanis Latovicensibus Aggerem Piscinæ Capitanealis penes Oppidum Latowicz in Fluvio Swider sitæ, reparare ipsumq; Fluvium Swider ex motivo quòd sit Granitialis, quotannis repurgare obligatæ fuisse deducuntur, ipsaq; eadem Lustratione Anni millesimi Sexcentesimi Sexagesimi, non solum Oppidum Latowicz ac Villas Regales Chyziny et Wielkolas à Bonis Hæreditariis Villæ Dembe fluvius Swider parietaliter dilimitare, verùm etiam ex altera parte Oppidi Latowicz idem Fluvius Swider alia Bona Regalia ad Capitaneatum Latovicensem spectantia, eidem Fluvio adjacentia, à Bonis reliquis hac Lustratione specificatis tanquam verus Limes dividere comprobatur. Tanto magis hac ipsa Lustratione Anni millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Villæ Capitaneatus Latovicensis Wielkolas et Chyziny Fluvio Swider contigui à Piscina Capitaneali molendinoq; Latovicensi metatus, Parietem Granitialem cum Bonis nobilitaribus Dembe habere debere convincuntur. Ultra verò tot prælegata Documenta Fluvium hunc Swider nuncupatum pro vera parietali Granitie inter Villas Chyziny, Wielkolas, ipsumq; Oppidum Latowicz ab una, atq; Hereditatem Villæ Dembe parte ex altera fuisse ejeq; debere obloquentiâ Statutum quoq; Regni à Serenissimo Casimiro Magno Visliciæ Anno millesimo Trecentesimo Sexagesimo Octavo latum, Fluvium inter

Bona

Bona dislimitanda currentem, pro limite naturali semper esse habendum di:
sponit. Proinde saepedictum Fluvium Swider à Piscina magna molendinorum Lato-
vicen antiquo circa ejus aggerem sito usq; ad Fluvium Jalina, parietem Villae
Gotetzki collateralis defluentem et in ipsum Fluvium Jalina influentem vi su:
pra exaratorum Documentorum pro vera et legitima parietali Granitie
Bona Sobe Mattis Villas scilicet Chyziny et Wielkolas Oppidanorum Latowicz
à Bonis Hereditariis Dembe distinguente et dividente adinvenimus, eundem
Ductum Fluvialem Illustris Mci Heredis moderni à collateralitate Villae
Gotetzki Fluvioq; Jalina dicto ad Terminum et locum Curialitatis Prato-
Dembensium cum Pratis Latovicensibus Fluvio Swider dislimitantem in
eodem Fluvio Swider versus Ortum Solis in rectilinio Scopuli supra viam
ad Oppidum Latowicz euntem jacentis, et per nos Commissarios in anteri:
ori Commissionis Termino in Terminis decisoriis limitato, reserati, et Judici:
ali Decisione pro vero Scopulo adinventi uti impositione Lapidum forma
crucis designati, Fundos Latovicenses ad ortum, Fundos verò Dembenses
ad occasum Solis distinguentis et dividentis, ac per Communitatem Oppidi
Latowicz et Subditos Dembenses ex antiquo per utrasq; Partes Fundorum
et Pratorum circa eundem Scopulum litorum et eidem adjacentium usu
pacifico agniti et Inquisitionibus Partium probati, hoc in puncto et pla:
nitie in recta linea seu recto tramite à Fluvio Swider et Termino Curialita-
tis Pratorum supra scripto in Fluvio eodem Swider determinato ad Scopu-
lum supra exaratum rectilinio Judiciali effato Pratis et agris protenso, Ducto
Bonorum Dembe Terrestrium Documentis praecipue Authenticis et
Inquisitionibus etiam evictum ex moderamine Judicii nostri quo ad
praemissum à Fluvio Swider ad Scopulum supra specificatum rectilinio
per nos constitutum spectat restringendum et Prata circa Fluvium Swider
et Fundos, et quidem Bonis Dembe Terrestribus ex una ad occasum et Op-
pido Latowicz ex altera rectilinii ad ortum Solis parte relinquendo, Nos
infrascripti Sobe Mattis Commissarii constituimus. Taliterq; Prata circa
Fluvium Swider et Campos prope Fluvium Swider à Termino a Quo videlicet
Collateralitate Bonorum Gotetzki Terrestrium et concurrentia Fluviorum
Swider cum Jalina influxuq; praemissorum Fluviorum eorum in alterum
superius circumscripta, et eodem Fluvio Swider Granitiali Parietali ad
Terminum ad Quem locum et Terminum videlicet rectilinii supra de:
scripti recto Tramite à Fluvio Swider ad Scopulum supra specificatum
ad Plagam Meridionalem protendentis, Et quidem Bonorum Chyziny et
Wielkolas tum Oppidi Latowicz ad supra scriptam metam rectilinii ad
Septemtrionem, ad Bona vero Dembe Terrestria ad meridiem ex hac parte
Fluvii Swider Limitis inter praedicta Bona Parietalis, perpetuis temporib;
sine quavis alterutrius Partis Communitatum Regalium et Subditorum Ter:
restrium spectare debere adinvenimus. Quo verò spectat alteram lineam
à pariete scilicet Fluvio Swider versus Meridiem usq; ad angularitatem
Collateralitatis Bonorum Terrestrium Villae Gotzd conversam, Quoniam praealle-

gato

gato Decreto Commissoriali Granitiali Anni milleni Quingentesimi Quadragesimi Tertii superius citato, Granities circa prunmet Fluvium Swider protunc constituta fuisse, à prafata verò Granitie, atq; adeo ab ipso Fluvio Swider trames rectus usque ad Piscinam Haredum Dembelich in Fluvio Salina constructam pro Limite parietej dizlimitante determinatus ejse, in eodemq; tramite recto, nempe à Fluvio Swider ad eandem Piscinam Haredum Dembelich Granities seu Scopuli numero Viginti novem erecti fuisse, ex alia verò parte pradicta Piscina, ab eadem Piscina Granities incipientes seu Scopuli Viginti Septem, usq; ad angularitatem Collateralitatis Villa Terrestris Gozd formati ejusdq; protunc fuisse deducuntur, necnon ante Eidem Decretum Commissoriale Granitiale Vizi Scopulorum in Curia Regia Varsaviensi Feria tertia post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proximâ Anno Milleimo Quingenteimo Vigesimo Quartô per Ministeriales et Nobiles ex requisitione olim Nobilium Stanislai et Antonii de Dembe Haredum Officiosè facta et recognita Scopulos quatuor Granitiales per Oppidanos Latovicenses disaratos obloquitur praipuè verò unum Scopulum incipientem, ab angulo Oppidi Latowicz, inde verò protensionem parietalem penes locum Gawizowskie dictum et penes foveam probat, que Fovea etiam de presenti à latere Molendini Latovicensis antiqua uti etiam arboribus vetustis excreta, et profundior actualiter una cum Fundo Gawizowskie protunc et adpresens Gawizowskie nuncupato et exculto existit, tum duos Scopulos penes viam publicam ad Oppidum Latowicz sunter extitisse deduit, quorum unus Scopulus circa pradictam viam publicam in Concavitate situs Judicio presenti Commissoriali Loci Mitis in Ductu Hereditatis Dembe signis supra exaratis et agnitionibus existere apparuit. Deinde Venditio per Illustrem Dominum Ganiserium Ducem Masovia Bartholomeo Molendinatori videlicet molendini circa Oppidum Latowicz in magna Piscina Ducali Fluvioj Swider constructi Varsavia Sabbathô proximô post Festum Sancti Andrea Anno Domini Milleimo Quingenteimô Vigesimo Quintô facta, et per Privilegium Serenissimi Sigismundi Primi Cracovia Feriâ Sextâ ante Dominicam Judica proximâ Anno Dñi Milleimo Quingenteimo Trigesimô Nonô confirmata et ex Metrica Ducali Masovia Actis Metrices Regni Die Octavâ Mensis Junii Varsavia Anno Domini Milleimô Sexcenteimô Decimô Octavô annuente Serenissimo Sigismundo Tertio inserta, et inde Anno currenti Authenticè extracta, Molendinatoren Latovicensem Angulos Agrorum cum pratis circa prafatum Molendinum, necnon cum Piscinis, alias Rybnikami inferius aggerem habere debere probat, jamverò Angulos dictos Gniewanskie Latovicenses circa Limites Haredum Dembelich extare evinuit, quos Angulos agrorum Molendinalium, cum Pratis circa molendinum Judicium presens Commissoriale vidit et Piscinas duas Molendinatoris

toris alias Rybnika inferius Aggerem Piscina Latovicensis oculatè con-
spexit, atq; de Angulis Gnieuranskie dictis circa Limites Dembelich existen-
tibus informatum est. Demum Vicio in Terminis Terrestribus Varsavien-
bus Feriâ Secundâ post Festum Sanctæ Hedvigis proximâ Annô Dñi Millesimo
Quingentesimô Quadragesimo Primô per Ministeriales et Nobiles ex requi-
sitione Nobilium Joannis et Valentini de Dembe Hæredum de Granitie una
dividente Bona Dembe à Bonis Oppidi Latowicz per Joannem Kuciak
Oppidanum Latovicensem destructa facta et recognita, necnon Inscriptio
Obligatoria in Curia Regia Varsaviensi Feriâ Tertiâ post Festum Sancti
Leonardi proximâ Annô Dñi Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Primô
per olim Nobilem Joannem Dembski, olim Nobili Stanislao Demski reco-
gnita, Agros Gainskie wezgłowie et Pratum Zawadzinski dictum circa
Fluvium Swider in Angulis situatum ad Hæreditatem Dembensem pertinere
enunciat, Item Inscriptio Obligatoria in Terminis Communibus Terre-
stribus Garvolinensibus Feriâ Quintâ ante Festum Sanctæ Margarethæ
Virginis et Martyris proximâ Annô Domini Millesimo Sexcentesimô
Vigesimô Septimô per olim Nobilem Severinum Zawiza Kamienski olim
Nobili Sophiæ Staniszewska Nobis Christophori Dembski Consorti, et ejus
Posteris recognita Manium Agri dictum Jaroszewska in Campo sub Budzi-
ska una cum Prato sub Campo Latovicensi sito, ad Hæreditatem Villa Dem-
be spectasse, spectareq; debere obloquitur, eundemq; Manium Jaroszewski
dictum cum Prato sub Campo Latowicz existente etiam Inquisitiones
Testium Juratorum in actuali moderna Possessione Hæreditatis Dembensis
nunquam inante quæstionata esse fuisseq; comprobant, necnon Testamento
per olim Nobilem Laurentium Franciscum Trinominis Rakowski Pinen-
sem Terræ Vinensis confectum, et per Gnôrum Martinum Rakowski
in Curia Regia Varsaviensi Feriâ Quintâ ipso Die Festi Sancti Fran-
cisci Confessoris Annô Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo
Nono per Oblatam porrectum, de Granitiebus Framitegq; recto a Fluvio An-
tiquo Swider ad Scopulum supra viam ad Latowicz euntem, modo quo
supra reseratum et circumscriptum, penes quem Scopulum à Fluvio Swi-
der in Campis primum nubes exitit, ab hoc verò Scopulo, usq; ad Piscinam
antiquam Hæredum Dembskich et alneatum Budziscense juxta Decretum
Commissoriale Anni Millesimi Quingentesimi Quadragesimi Tertii affirmat.
Item Decretum Commissoriale Dislimitationis inter Villam Radzinskie Capi-
taneatus Latovicen, atq; Villam Terrestrem Goźd dictam Feriâ Sextâ post Fe-
stum Sancti Bartholomæi Apostoli proximâ Annô Dñi Millesimo Quin-
gentesimo Sexagesimo primo, prolatum, et unà cum Privilegio confirmativo
ac Acta Terrestria Garvolinensia Feriâ Tertiâ in Vigilia Festi Sanctæ Elizabeth
Anno eodem Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Primo per Oblatam por-
rectum, Angularitatem Primam, unam nempe Villa Regalis Radzinskie

alteram Bonorum Terrestrium Villæ Gozd, tertiam itidem Villæ Terre-
stris Budzizka protunc Jmosor Dembelich hæreditarie tresq; Scopulos in
hac trina angularitate erectos, vi suprascripti Decreti vetustate tempo-
rum non tam notabiles fuisse angulares firmiter infert, etiam quod Hæ-
reditas Dembe et Budzizka conformiter cum prædallegatis omnibus
Documentis Ductum suum modernum in hac linea parietali ab an-
gulo Fluvii Swider Oppidig Latowicz inchoaverat et recto tramite
Signisq; notabilibus vulgariter Ujazdami visibilibus juxta Statutum
Jagellonicum Anni Millesimi Quadringentesimi Vigesimi Tertii eun-
dem tramitem vulgariter Uiazdy pro Lignis notabilibus granitialibusq;
disponens usq; ad Pizinam Dembelich p. Communitate Latowicense
personaliter hunc Ductum attentante, ac toties quoties possessionem
hæreditatis Dembensis ad hunc ipsum Ductum continuatam agno-
scente, solam vero proprietatem et granitialem parietem nudè tamen
disputante: continuavit et prope Pizinam Dembelich in Fluvio
Jalina constructam, ante ipsum Fluvium Jalina Lapidem quadratum
magnum per ipsosmet Subditos Radzinscenses pro Granicie parietali
habitum, Inquisitionibusq; Testium Juratorum deductum notabile-
commonstravit. Ex altera vero Parte Pizina Dembelich, in fluvio Ja-
lina constructa usq; ad ipsammet angularitatem Collateralitatis
Villæ Gozd ijdem Lignis granitialibus vulgariter Uiardami, quamvis
in nonnullis locis abolitis et coaratis prædallegato Statuto Jagiellonico
Anni Millesimi Quadringentesimi Vigesimi Tertii pro vero Limite con-
stitutis adduxit. Communitatibus pariter Radzinscensi et Jalinensi
eundem Ductum personaliter attentantibus, et Possessionem Hæredita-
tis Villæ Budzizka ad hunc ipsum Ductum continuatam agnoscen-
tibus, solummodo proprietatem et granitiem parietalem nudè quæstio-
nantibus, Quam prædictam angularitatem trinam videlicet Jalinensem
seu Radzinscensem tum Budzicensem atq; Gozdoviensem præter De-
cretum Commissoriale granitiale Anni Millesimi Quingentesimi Sexa-
gesimi Primi superius citatum etiam cognitione sua Generosus Valentyn
Villæ Terrestris Gozd firmavit et visibiliter Lulu cujus vis Villæ secum
in illo loco transversaliter coeuntes, plerisq; etiam antiquiores et arbori-
bus excreti eandem angularitatem et Terminum ad Quem Ductus Illustris
Mfi Hæredis Villarum Dembe et Budzizka legitimè denotant. Quantum
verò attinet Deductum seu Ductum retrogradum ex parte Villæ Oppidanea-
tus Latowicensis Jalinæ et Radzinskie ipsiusq; Oppidi Latowicensis
a pariete Collateralitatis Villæ Terrestris Gozd nuncupata per Campos
prata et per Pizinam Hæredum Dembelich usq; ad horrea Bonorum
Villæ Dembe et per Horrea in Somarium, deinde per Hortum ad aggeren
Pizinulæ a cornu Curiæ Dembensis inferiùs Fluvii Swider post aquam

Magnam

Stagnantem seu Lacunam decurrentis vitæ diversimode obliqué et sinuosé continuatum, Quoniam exdivisio in Arce Cernensi de Anno millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto, inter olim Nobiles Sebastianum atq; Nicolaum Dembscie Fratres Coharedes facta, jamq; superius citata, totam Aream Villæ Dembe vulgariter Siedlisko Wzi à Via sub Horreis Villæ Dembe currente, usq; ad Fluvium Swider protensa, tum Pomarium et post illud hortum, post hortum verò Pisinam Curiensem, cum ejus prædicto aggere, ad Hæreditatem Dembensem pertinere clarè probat, etiam quoq; Commutatio de actu ejus in Arce Cernensi Feriâ Secundâ Pentecostes, Annô Dñi millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quartô, inter olim Nobiles Simonem ex una, atq; Sebastianum et Nicolaum Dembscie hæredes in Dembe Partibus ex altera mutuo interse facta et recognita, et ad Acta Terrestria Jarocinensia Feria Quinta ante Festum Sanctæ Agnetis proxima Annô Dñi millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quintô translata Sortem hæreditatis Dembensis Nobilitarem Jarozzowianam dictam à Fluvio Swider ad Fluvium Jalenica protune, ad præsens verò Jalina nuncupatum protensam videlicet Seminansum Jarozzewski dictum in Campo post horreali alias w Polu Zagumiennym Dembensi situm cum Area ibidem Siedliskiensi horto et Pratis circa Fluvium Swider situatis, necnon alteram Sortem nobilitarem ab eodem Fluvio Swider ad Jalenica seu Jalina extensam videlicet Seminansum Sznumienski dictum in eodem Campo post horreali Dembensi situm, cum Area, horto, et Pratis circa ipsum Fluvium Swider situatis, ad Hæreditatem Villæ Dembe spectare evincit, similiter Inventarium Sortis Bonorum Villæ Dembe, Budziska et Kotarzki, conseminationumq; per Illrem ac Rdm Andream olim Joannem Dembski Decanum et Officialem Generalem Premisliensem circa dimissionem ejusdem Sortis Mgfo Joanni Lyniewicz Vexillifero Cernensi traditum, Die Decima Mensis Septembris, Annô Dñi millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Nono conscriptum, manibusq; propriis Partium earundem Contrahentium subscriptum Mansum Jarozzewski dictum Sortis videlicet Jarozzowiana, necnon Angulum Agri, à Granicie Latowicensi situm, siligine protune inseminatum, tum Campum integrum conseminatione Estivali inseminatum Prædialem post horrea Curiensia Dembensia, aliàs na Zagumniu situatum, in hæreditate Prædioq; Bonorum Dembe existere edocet. Demum Exdivisio Bonorum Dembe, Budziska et Kotarzkow, in Bonis Villæ Dembe Curiaq; Generosi Zachariæ Wizamowski Hæreditaria, Feriâ Secundâ post Dominicam Judica Quadragesimalem proximâ Annô Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Sextô sub Tractu Condescensionis Officii Castrensis Cernensis Amicorumq; locatorum vigore Decreti Castrensis Capitanealis Cernensis agitata, inter supradictum Jum Wizamowski Patruum, atq; Gnosas Wizamowskie ejus Filiastras, videlicet Constantiam Domaszewską Maritatam et Mariannam Virginem facta, Decretoq; prædicto Officii Condescensorialis approbata et ad Acta Castrensis Cernensis subsequentempq

tempus Interregni Feriâ Sextâ post Festum Sanctorum Trium Regum proximâ Annô Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimô Septimo per Oblatam Supplicam porrecta totam Aream Villæ Dembe suis cum attinentiis à Fluvio Skrider ad Viam sub horreis Dembensibus currentem, alias do Drogi Zagumienney protendi debere, Campumq' primum post horrea Dembensia, alias w Polu Zagumien: nym ex Opposito Areæ Curiæq' Dembensis situatum pro Prædio Curiali Dembensi jam protunc etiam destinatum, manuis tribus coalitum ad hæreditatem Dembensem pertinere obloquitur. Etiam quoq; secundarium Campum protunc requietum alias w Polu Ugorowym post Villam Dembe jacentem sub Oppidum Latowicz protensum additamento Sulcorum viginti octo, post Villam Dembe sito, Deinde mansis Decem cum pratis ex opposito eorundem Mansorum adjacentibus coalescentem et in eum determi: natione sub Oppidum Latowicz protensa Angulum cum prato Młynarskim nuncupato granitiebus Latovicensibus adjacentem, à cujus Latere denuò additamenta penes Granities Latovicenses situata Sulcorum Centum no: vemdecem continentem omnino in hæreditate Dembensi consistere evincit. Tertium quoq' Campum imprimis additamentis ibidem specificatis, Deinde mansis pluribus desertis et excretis, ac Fundis ibidem spec: ificatis Virgultis repletis a via in crucem eunte, et cruce lignea stante signata, alias od Krzyżowey Drogi y Figury, ad angulum et aliud Rube: tum extensis constantem, ac præterea post prædicta Virgulta seu Rubeta versus Villam Budziska sub alneto Mansum Jaroszewski situatum, tum alium Mansum Kawczynski dictum, Deinde quatuor mansos sub Borra jacentes, præter verò illos Mansos tres mansos sub Borra versus Villam Dembe invicem sub effigiem Sanctæ Cruci ibidem specificatæ protensos continentem ad hæreditatem Dembensem spectare enunciat. Ipsa quoq' eadem præcitata Exdivisio Agrum Molendinalem alias Pollie Młynar: skie dictum quem tenuit quondam suprascriptorum Bonorum Terrestrium Molendinator, Deinde Piscinam desertam in Fluvio Jalina sitam, et in ea Prata protunc existentia, à principio verò ejusdem Piscinæ Pratum Molendinatoris protunc proprium, successive Prata alia sub Pariete Radzinscemi in loco declivi ac paludinoso, alias Zgłi ku Radzinskiemu na Bieli jacentia, una cum fundi Agriq' ibidem fusiis specificatis ad hæreditatem Villæ Terrestris Budziska spectare edocet. Jam verò Ductus Subditorum Capitanealium Villarum Jaliny et Radzinskie per Prata illa Palustria, alias przez Zgłi ku Radzinskiemu na Bieli situata, tum per pratum à principio Piscinæ influvio Jalina constructæ situm Młynarskie quondam nuncupatum ac per ipsammet eandem Piscinam quondam Hæredum Dembskich Jactus, binis supra allegatis Documentis, ijsq' Substantialibus et quidem Exdivisioni Anni 1696ti Prata Palustria ku Radzinskiemu na Bieli, et Pratum Młynarskie à Principio Piscinæ, necnon ipsam eandem Piscinam ad hæreditatem Terrestrem pertinuisse obloquenti, tum Decreto Commissoriali Granitiali Anni 1543tii toties allegato integram eandem Piscinam ad Hæredes protunc Dembskie spectasse palam edisserenti Substantialiter contrariatur

Idem

Item quoq' Ductus seu Reductus à Fluvio Jalina post prædictam Pizinam Dembelich jam per Oppidanos Latovicen' apprehensus, Primaveris Septentrionem per Borram transparentem ad montes inusitata scopuliq' parietalibus disconveniente magnitudine existentes, ac per eosdem montes ineodem Ductu specificatos, iterum retro et acutè versus meridiem conversus, Deinde Via à Villa Strachomino ad Bona Dembe currente ad Viam de Parzow ad Latowicz per prædictam Viam Dembensem in Cruce transcendentem seu ad bivium seu do Krzyżowych Drog continuatus, ex divisioni prædict' Anni milleximi sexcenteximi nonageximi sexti Borram et sub Borra plures Mansos, etiam quoq' tres Mansos, ad Effigiem Crucis protensos, tum Fundos Rubetis repletos od Drogi Krzyżowey ad Angulum et quoddam Rubetum protensos, ad hæreditatem Dembensem spectare enuncianti repugnat. Item quoq' Ductus Oppidanorum Latovicensium prædicta via Dembensi ab illo bivio inter Campos Ugorowe Pole atque Zagumienne Pole usq' sub Villam Dembe usurpatus et relicta eadem via Dembensi, per sepimentum Campi posthorrealis, alias Pola Zagumiennego sub villa Dembe erectum ad montes magnitudine sua notabiles, lapidibus numerosissimis etiam in profundum repletos Kamionki dictos, usq' ad ipsa horrea Curiæ Dembensis continuatus, similiter binis Documentis videlicet præallegata Exdivisioni Anni milleximi sexcenteximi nonageximi sexti integros Campos duos, unum Ugorowe Pole, Mansos Decem cum additamentis penes Granicies Latovicenses situatis, cum Pratis ex opposito eorundem Mansorum jacentibus continentem post Villam Dembe sub Oppidum Latowicz protensum, atq' alterum Campum Zagumienne Pole nuncupatum seu Prædium post Horrea Dembensia situm totum et integrum in Hæreditate Dembensi consistere edocenti necnon Commutationi superius allegatæ Anni 1574ti integrum Campum eundem Pole Zagumienne nuncupatum usq' ad Jalina protensum ad præsens verò Jalina ad Hæreditatem Dembensem spectare edocenti, atq' Inventario Anni 1679ni eandem proprietatem hæreditatis Dembensis Campi protensi consecrationem distinctè inseminati Prædialis post horrea siti, alias Pola Jarzynnego na Zagumniu obloqueuti evidenter inficiatur.

Præterea Ductus hicce Oppidanorum Latovicen' ulteriùs per ipsa horrea et per propatulum eorum Curiæq' Dembensis, tum per sepimentum Pomarii subjenestris ejusdem Curiæ situati et deinceps per hortum sub eodem Pomario ad aggerem Pizinulæ usurpatus, Documentis superius exaratis utpote Exdivisioni Anni 1574ti totam Curiam Villæ Dembe incipientem à via alias od Drogi Zagumienney, usq' ad Fluvium Swider tendentem enuncianti, Pomariumq; et post illud Hortum, ac post hunc Pizinam prædictam Curialem ad Hæreditatem Dembensem spectare, necnon Commutationi Anni 1574ti pariter Curiam alias Siedlisko Villæ Dembe, cum Hortis et Pratis usq' ad fluvium Swider protensis dijerenti, ipsiq' Exdivisioni quamvis plus quam Sexagenariæ, post prædicta tamen Documenta recentiori eandem ipsam pro-

tensis.

..tensionem Areæ Villæ Dembe aliàs Siedlizka Curiæq; ad Drogi Zagu-
mienney usq; ad Fluvium Swider probantibus contrariatur, tum co po-
tissimum attento, quod Decretum Commissoriale toties allegatum Anni
1543tii una cum Lustrationibus Granitierum Oppidi Latowicz Anno-
rum 1564ti et 1660mi ipsius, Decretoq; Referendariali Regni Anni
1654ti aliisq; Documentis, fusius quo ad Allthegoriam Fluvii Swider
granitialis jam supra enunciatis, Fluvium Swider non solum Parietem
Granitialem Villarum Capitaneatium Chyziny et Wielkolas, verùm etiam
Parietem granitialem Oppidi Latowicz usq; ad angulum ejusdem Fluvii
Oppidiq; Latowicz constituit, plenèq; edocet, etiamsi ipsi Oppidani Latowi-
censes Actoratum suum imprimis in Decreto S.R.Mattii Assessoriali Re-
gni Anno elapso 1759no prolato, ad manutentionem pro Pariete erga Oppi-
dum Latowicz, Bonaq; hæreditaria Dembe granitiali Fluvii Swider an-
tiqui meatus instituerint, in ipsoq; Ductu suo Decreto Commissoriali
granitiali Anni 1543tii adhærent, nihilominus Fluvium Swider intero
Ductu suo uti per solos Fundos Hæreditatis Dembensis cum eorum fere
ultra Dimidium totius Plani Campestris Dembensis, medietatisq; horre-
orum Curialium Dembensium, jam verò totius Curiæ, granarii case
ferrifabrilis, omniumq; Ædificiorum Curialium cum hortis eiden Curiæ
è regione Oppidi Latowicz adjacentibus avulsione totaliter intermise-
runt, neq; eundem Fluvium Swider prout ex obloquentia Documento-
tenebuntur pro pariete granitiali sumpserunt, solummodo aggeren
Pizinula à cornu Curiæ Dembensis situata postrum, et omissa, longèq;
post tergum relicta vera ultimaria Oppidi Latowicz cum Villa Wiel-
kolas ex altera parte Fluvii Swider ad Septemtrionem visibili angularitate
sua ad Fluvium Swider determinata, adeoq; profundiùs erga parieten
Villæ Wielkolas intrando attigerunt. Perpensisq; aliis circumstantiis
utpote Agnitionibus tam Oppidanorum Latovicensium quam Villanorum
Radzinscensium et Jalinensium Possessionis tam Fundorum suorum ad
Ductum hæreditatis Villarum Dembego et Budziska protensa, quàm
Possessionis similis Hæreditatum Dembe et Budziska continuata necnon
Inquisitionibus Actorum Juratorum eandem Possessionem ab antiquo
ad tempus præsens perseverantem præcipue verò Fundi Jarosze wyki
nuncupati cum Prato sub Campo Latovicensi sito additamentorumque
circa Granities Latovicenses aliàs circa Angulos Gniewanskie in Venditio-
ne Ducali Anni 1525ti circa Limites Dembelich specificatos existen-
tium, Possessionem pacificam comprobantibus, necnon eo attento quod simi-
les montes et monticuli, quales per Oppidanos pro sepulis prætensis
indigitati sunt, passim in Campis Dembensibus sparsis in locis imo quàm no-
tabilius etiam Quoq; in ipso Campo Latovicensi Gniewanskie nuncupato
diversis in locis reperiuntur, minimè tamen vel per ipsos Oppidanos pro sepe-
pulis

pulis allegantur. Item quod in monticulo intra Sepimenta Pomarii Dembe-
lis ex opposito Fenestrarum Curiæ per Oppidanos Latovicenses nulliter pro
Scopulo allegato ac rudieribus variis utpote Lapidibus, Lateribus, argilla spis-
sa cum calce conglutinata, ossibus carnium, tum testis vasorum Domestico-
rumq' trabibus ædificii repleto, Inquisitionibus Testium non ita pridem Cu-
riæ Dembensis extitisse deducitur, adextremum eo prohabito, quod tam
Oppidani Latovicenses quàm Villarum Regalium contiguarum supra spe-
cificatarum Communitates, nontantum Piscinam supradictam Dembelich
in Fluvio Jalina constructam pro vera Granitie inductu Hæreditatis
Dembensis et Budziscensis agnoverint, verùm etiam eundem Ductum
Hæreditarium, ipsiusq' metam à Reductu suo unà cum Subditis Radzin-
scensibus attigerint, eandemq' metam pro Scopulo allegaverint et resera-
ri fecerint. Quapropter attentis præmissis omnibus Documentis Inqui-
sitionibusq' Ductum sive Reductum Villarum Jalinensis, Radzinscen-
sis, Oppidi Latowicz Wielliolascensis et Chyzinensis ut supra descripto
invalidantibus eundem Ductum sive Reductum ab angularitate Vil-
larum Gozd et Budzizka Terrestrium, Jaliny et Radzinskie Regalium
sub Borra Gozdowiensi et Budziscensi circa viam Borram Gozdowien-
sem à Borra Budziscensi distinguentem inchoatum, et exinde privata
via recto tramite in Septemtrionem usque ad Fossam circa eandem viam
situatam antiquitus factam, et in Agros Radzinscenses versus hyemalem
Ortum Solis ulteriùs protensam et non ultra approbamus, ac ideo Ductu
Hæreditatis Budzizka ad huncce ipsum locum Fossæ transversaliter per
viam ut supra excavatæ restringendo, non aliùm posse ex moderamine
Judicii nostri Illustrem Mysicum Budzizka et Dembego Hæredem lucrari
sententiamus. ab eodem verò loco ulteriorem Villæ Regalis Radzinskie
Ductum uti in gyrum ad sinistram partem obliquè declinatum per
Prata Budziscensia propria, dicta antiquitus Bele, deinde per Campos
Budziscenses et per pratum Molendinatoris ac per Piscinam Dembelich
usq' ad Fluvium Jalina in eadem Piscina currenter contra obloquentiam
supra exaratorum Documentorum pretensum similiter quoq' Ductum
Oppidanorum Latovicensium post Fluvium Jalina locis Paludinosis ite-
dem per Piscinam Dembelich et Borram Dembensem Agrosq' et Prata
rubetis exareta, tum per Campos modo quo supra usq' ad aggerem Pis-
cinæ post Curiam Dembensem sita contra Authentica Documenta Hæ-
redis in Dembe et Manifestationem una cum Visione Officiosa in Termi-
nis Communibus Terrestribus Garvolinensibus Feriâ Quinta prædicti Festi
Divi Kiliani Annô Millesimô Quingentesimô Nonagesimo Quarto per Ho-
nestos Dembskie Hæredes Bonorum Dembe, contra Famatos Cives totumque
Communitatem Latovicensem et alios de obstructione Fluvii antiqui
Swider sub Molendino Latovicensi antiquo, et ab eodem Molendino versus

aquæ Emissorium fluentis, tum de excavatione vidente fossæ per Prata Dembensia
in Ordine cæsionis ineam Fluvii Swider in prædicta Prata Dembelich quanto
propius Campos Dembenses attentata factam et recognitam, proprietatemque
Pratorum et Fundorum Dembensium sub Oppido Latowicz sitorum evin-
centem, uti nullis Documentis suffultam indebitèq formatam reprobamus
et cassamus. Ductum autem Bonorum Dembe et Budzizka Terrestrium
ab illo Termino à Duo Angularitatis Trinarum Villarum Videlicet Villæ
Sotetalu collateralis, jam verò Dembe achyziny Regalis parietaliter ergà
se jacentium et Fluvio Jalina cum Fluvio Swider coeunte inchoätum,
eodemq Fluvio Swider sub Oppidum Latowicz parietaliter obductum
servato rectilineo à Scopulo superius specificato per moderamen et De-
cisionem Judicii Nostri ad marginem Fluvii Swider ut supra determi-
natum. Ab eodem verò Scopulo sub Latowicz jacente et prædictum
rectilineum ad Fluvium Swider prospiciente, ulterius recto Tramite
versus meridiem notabili Granicie silicet Uliazdem ad Piscinam
Dembelich in Fluvio Jalina constructam et ex altera parte ejusdem
Piscinæ Dembelich post eundem Fluvium Jalina itidem Uliazdem
Fundos Radzinscenses ad sinistram, Fundos verò Budzizcenses
ad dextram partem relinquendo usq ad Fossam supra exaratam
per viam transversalem ad Terminum ad Lucem Viam videlicet supe-
rius specificatam inter Borras Budzizcensem atq Jozefowiensem
dilineatanter, Talitergue à Fossa per viam privatam transversa
per moderamen Judicii determinatum et adinventum approbamus
et eidem Illustri Mfico Dembe et Budzizka Heredi adjudicamus,
et præmissas Granities tali modo decisas et constitutas perpetuo
duraturas et per Partes manutenturas esse volumus et declaramus
Magnificum autem Joannem Reymann Illustris Mfii Hæredis
Commissarium, à quavis ulteriori impetitione intuitu dignorum
quasi pro metalibus prætensorum, nihil tamen evincentium liborum
pronunciamus, et ad apponenda in locis humidis et lutosis circa Fluvium
Swider in Pratis à Termino Jalina ut supra a Duo signa Custodialia seu
loco circumscribenda et Limationem in locis siccis Scopulorum Nos con-
tulimus et exequi tavimus. Tandem in angularitate supra scripta
quoniam Communitates tam Oppidi Latowicz, quàm Villarum Chyziny
et Wielkolas in numerosa Copia hominum ad hunc locum advenientes
executionem Decreti Judicii Nostri Commissorialis stitterunt, et ejus
dem consignationi opposuerunt. Proinde attenta præmissa oppositione
pro decernendis super eisdem intuitu præmissorum pœnis et injungenda
Decreto presenti Nostro Commissoriali satisfactione et ejus executione.
Nihilominus intuitu homicidii in Persona Laboriosi Marci Zablocki
de Dembe Subditi per Laboriosos Balthasarum Jezioneli et cujusvis
nominis

nominis Terlerczali de Villa Regali Chyziny, atq; Balthasarum Piwowar-
czyk de Wielkolas et alios statuendos, Inquisitionibus redargutos attentat-
perpetratarumq; aliarum violentiarum et concussionum pro penis exqua-
litate facti succumbendis et irrogandis, atq; pro restitutione usurpatus
ex Pratis per Oppidanos Latovicenses et Communitates Villarum Chyziny
et Wielkolas percepti; et dando de eodem a mota lite presenti Calculo
causam eandem cum toto ejus effectu ac Partibus ipsis una cum paratis
Inquisitionibus Partium utrarumq; in anteriori Commissionis nostre
Termino ex Testibus per Partes eductis et per eas dem Partes Juramentis
Corporalibus comprobatis in Termino presentis Commissionis reseratis
et perlectis ac demum obligillatis et Parti principaliter agenti videlicet
Illustri officio Bonorum Dembe cum attinentiis Heredi extraditis, rursus
ad Judicia Posteriora Sae Mattis remittendam censuimus. per pre
sentes q; remittimus et Terminum eidem Partibus etiam ex Regestro
Incarceratorum Causa patrati Homicidii connexo comparendi conserva-
vimus et conservamus inibidem paratum peremptorium. Decreti Nostri
presentis Commissorialis Vigore. Michäel in Suffczyn Suffczynski Castella-
nus Pabianicensis Masovie Terra Cernensis Sae Mattis Commissarius (L.S.) Fran
ciscus Josephus in Walewszino Walewski Succamerarius Terre Visegradiensis
Sae Mattis Commissarius mpp. (L.S.) Gabriel in Lesiow Lesiowski Judex Terrestris
Ravensis Sae Mattis Comissarius mpp. (L.S.) Balthasar in Jaciombia Jacimski
Notarius Terris et Cren Cernen Sae Mattis Commissarius mpp. (L.S.) F. Severinus de
Przezdz Mierzejewo Przezdziecki Burgrabius Cren Cernen Sae Mattis
Commissarius mpp. (L.S.) Dominicus in Jozlino Jozlinski Burgr Cren Cern
Sae Mattis Commissarius mpp (L.S.) Literas ejusmodi Literas originales Papyre-
as Actus Commissorialis suprascriptas, sicut premissum per Oblatum por-
rectas, Nos ad Acta presentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descripti
parti postulanti Authentice extradi, Originale vero rursus offerenti resti-
tui fi: degue recepto Cancellariam, quietavit ~~praesentibus~~ permisimus. In
quorum fidem &c. Actum Varsavia ut sup.

Actum Varsavia Feriâ Tertiâ post Festum
Ascensionis in Celum Domini Nostri Jesu
Christi proximâ Die videlicet Vigesimâ
mensis Maji Anno Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo. Regni vero Nri
XXVII. Annô.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi D. Prolocancella-
rii Regni ut sup.

Constituit Plenipotentes Generosus Nicolaus Krosinski.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria nostra minoris comparens personaliter Generosus Nicolaus Hrosinski sanus mente et corpore existens recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni nostrae Regiae quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se se subjiciendo et incorporando, palam libere, ac benevole recognovit et praesentibus recognoscit. Quia ipse Generosus Casimirum Trembicki Antonium Ziembinski Subdelegatos Castrenses Cracovienses, Joannem Wisłouski Valentinum Jaworski Witowski, in suos veros legitimos et indubitatos Plenipotentes fecit, constituit et solenniter ordinavit, prout quidem praesentibus facit, constituit et solenniter ordinat. Idque ad Triennium integrum ab actu praesenti computandum. Dans et concedens ejidem Plenipotentibus suis plenariam facultatem omnimodam et generalem potestatem, Causas suas genaliter omnes et singulas tam ex Actoratu quàm et reatu in quovis Libellis Majori sive minori Regni nostri, cujuscunq; Terra et Districtus etiam Tribunalis Petricovien sive Lublinens habitas et habendas, institutas et instituendas cum quibusvis Pertinentiis, occasione cujusvis negotii, modo quovis intercedentes promovendi, agendi et defendendi, exceptiones quasvis Juridicas inferendi Juramenta deferendi et auscultandi, Decreta quevis pro parte sui Recognoscentis in minori Libello lata acceptandi, à gravaminosis ad majus Libellium appellandi, movendi, Appellationes et motiones prosequendi, poenas quasvis pecuniarias levandi, delevatis quietandi, Contractus quosvis in quavis materia ineundi, complanandi contrahendi et arendandi, Summas etiam Capitales levandi delevatis quietandi, Cessiones, Roborationes quasvis nomine sui Recognoscentis faciendi, executiones et Intromissiones in Bona urgendi, admittendi et acceptandi: Caeteraq; omnia et singula pro Causar Terminorum et negotiorum exigentia Speciales et generales Plenipotentes concernentia, in rem et utilitatem sui Recognoscentis agendi et exequendi. Cavens et promittens id totum quidquid per memoratos Plenipotentes suos rite et legitime actum, gestum, constitutumq; fuerit se Recognoscentem et Successores suos Sanguinis pro rato firmo ac irrevocabili susceptura. Hac sua personali Recognitione ad premissa medeante. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit. Stanisław
Rebus ejusmodi Plenipotentium sic ut premittitur factis et recognitis

tam Nos
praesentib
tanti Auth

Comstitu
Schmetta
Saxonico
Augustus
Significam
cellaria
Schmettau
Comors leg
et Jurisdict
Regia qua
rando, pala
Ipsa suo e
Fleming
specialem
lecniter ord
plenariam
manos
tos, in ea
cognoscent
Possessione
Marito suo
in eordem
agendi a
praemissa

tam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta
praesentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti petu-
lanti Authentice extradi permisimus. In quorum Jidem &. Actum &c ut sup.

Actum Varsaviae Feriâ Sextâ ante Festum
Sanctissimae Trinitatis proximâ Die vidlicet
Trigesima Mensis Maji Annô Domini
Millesimo Septingentesimo Sexagesimo
Regni verô Nostri Annô XXVII.

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi et Magnifici
Domini Joannis Comitis in Konskie et Biatachow
à Matachowice Matachowski Supremi Regni
Cancellarii, Prodecen. Ostrolęcen. etc: Capitanei:

Constituit Specialem Plenipotentem Generosa Marianna de
Schmettau Gnósi Petri Baronis Le Fort Colonelli in Exercitu
Saxonico Consors legitima.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus metrices Regni Cancellariae nostrae minoris comparens personaliter Gnósa Marianna de Schmettau Gnósi Petri Baronis Le Fort Colonelli in Exercitu Saxonico Viri Consors legitima, sana mente et corpore existens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quoad infrascripta recognoscenda attinet, eaque subjiciendo et incorporando, palam, liberé ac benevolé recognovit et praesentibus recognovit. Quòd Ipsa suo et Generosi Mariti sui nomine Magnificum Georgium Comitem Fleming Supremum Thesaurarium M. D. Litt^ae in suum verum, legitimum Specialem et indubitatum Plenipotentem eligit, constituit, inscribit et solenniter ordinat. Dans et concedens Eidem Magnifico suo Plenipotenti plenariam facultatem et omnimodam potestatem, Intromissionem in mansos seu Lanco Bokdanow Perchal, Zelistwa, et Trabiszki vocitatos, in Oeconomia Nrâ Olitensi, Clavi Luvintensi jacentes, sibi verò Recognoscenti et Gnóso Marito suo à Nobis benigniter collatos, capiendi, ac Possessionem in ijdem Mansis pro se Constituente et supranominato Marito suo obtinendi, ac eaq omnia quae circa apprehensionem perfectae Intromissionis et in eosdem Mansos Possessionis necessaria et opportuna videbuntur peragendi ac exercendi, Alios Plenipotentes in locum sui ad exequenda praemissa substituendi. Cavens et promittens id totum quidquid per

prænominatum Magnificum Plenipotentem sive ejus Substitutum rite et legitime actum, gestumve fuerit se constituentem et Generosum Maritum suum, pro rato, grato, firmoque ac valido suscepturos et in nullo contradicturos. Hac sua Personali Recognitione ad præmissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Maria Anna Baronne Le Fort née Comtesse de Schmettau

Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi, inseribi, et ex ijsdem fideliter descripte Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbathô intra Octavas Sacratissimi Corporis Christi Domini, Die scilicet Septimâ Mensis Junii Annô Domini Millesimô Septingentesimô Septuagesimô. Regni vero Nostri Anno XXVII.

Ad Relationem Illustrmi Excellmi et Mfci Dni Joannis in Goniądz et Białaczow à Małachowice Małachowski Supremi Regni Poloniæ Cancellarii Prodecani Ostrobotcensis &c: Capitanei.

Oblata Genealogica Generosæ Helenæ Isabellæ de Lubienska olim Generosi Josephi Comitis de Salmour Consortis.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus Laurentius Mitzlerus de Kolof Consiliarius Aulicus et Medicus Noster, ac Regni Nri Poloniæ Historiographus, variarumque exterarum Scitus, nomine et pro interesse Generosæ Helenæ Isabellæ de Lubienska olim Generosi Comitis Josephi Antonii Christiani Gabaleonis de Salmour Andegavi et Baldichieri Domini in Zabeltitz Cubicularii et Consiliarii Nostri privati Electoratus Saxoniæ, Consortis legitima relicta Vidua, obtulit ad acticandum, actitandum, præsentibus ingrossandum Genealogiam infra exaratam manibus Procerum Regni Nostri subscriptam, ac Sigillis eorundem Gentilitiis consignatam, sanam, salvam et illæsam, omnique suspicionis nota carentem

Tenoris

tenoris sequentis = Tabula Genealogica Illustrissimæ Dominæ Helenæ Isabellæ in Lubna Lubienscid, Illustriss. Josepho Antonio Christiano Jabaleon S. R. I. Comiti de Salmour Serenissimi Augusti III. Regis Poloniarum, Elector: Saxoniæ et Consiliario intimo nuptæ mense Majo Die XXVIII. 1752. Cujus Pater fuit Bogislaus in Lubna Lubienski Castellanus Sandomiriensis. Hujus Bogislai Pater fuit Sigismundus in Lubna Lubienski Vexillifer Palatinatus Siradiensis, Mater autem Anna Opalska. Hujus Sigismundi Pater fuit Albertus in Lubna Lubienski, Castellanus Siradiensis, Mater Theresia Jorska. Annæ Opalskæ Uxoris Sigismundi Pater fuit Sigismundus Hieronymus Opalski, Palatinus Derbscensis in Livonia, Mater autem Justina Margaretha von Schaden. Alberti Lubienski Pater fuit Joannes in Lubna Lubienski, Frater Matthiæ, Regni Poloniæ Primatis et Mater Sophia Wyleżynska. Theresia Jorska, Uxor Alberti Lubienski habuit Patrem Andream Jorski Palatinum Masoviæ et Matrem Barbaram Comitissam Zamoyscham. Pater Sigismundi Hieronymi Opalski fuit Nicolaus Opalski, Camerarius Varsaviensis, Piasecensis Capitaneus et Mater Margaretha Pyzinska. Pater Justinæ Margarethæ von Schaden fuit Hanns Jacob von Schaden Freyherr von Mittbiberach et Mater Catharina Freyin von Closen zu Arnsdorf. Pater Joannis Lubienski fuit Swentoslaus in Lubna Lubienski et Mater Barbara Zapolska. Pater Sophiæ Wyleżynska fuit Joannes de Wyleżyna Wyleżynski notarius Castrensis Vielunensis et Mater Barbara Wysocka. Pater Andreæ Jorski fuit Sigismundus Jorski Capitaneus Ostroviensis et Mater Barbara Rauska. Pater Comitissæ Barbaræ Zamoyscha fuit Joannes Comes Zamoyski Castellanus Chelmensis Generalis Castrorum metator Regni, et Mater Anna Principissa Wisniowiecka Filia legitima Palatini Russiæ. Pater Nicolai Opalski fuit Bartholomæus Opalski de Opaz magna et Kalowicze in terra Varsaviensi hæres et Mater Anna Sekowska de Sarbiewo. Pater Margarethæ Pyzinska fuit Adrianus Pyzinski notarius Terrestris Pomeraniæ et Mater Anna de Pieczewa Pieczewska. Pater Hanns Jacob von Schaden fuit Hanns Hector Schaden von Mittbiberach zu Warthausen Grendsberg und Neiheusen aus Hasselbach, et Mater Maria von Londorf Pater Catharinæ Freyin von Closen fuit Hanns Eberhard von Closen zu .. Arnsdorf und Zeholfing, Mater Margagethæ gebohrne von Berlching zu Feldelfing. Pater Swentoslai Lubienski fuit Jaroslaus Pomian Hereditarius in Lubna Lubienski, et Mater Anna Czothanska filia legitima. Pater Barbaræ Zapolskæ fuit Casimirus Alexander Zapolski Succamerarius Siradiensis et Mater Anna Wolucka, Castellani Malogoscensis filia legitima

Pater Joannis de Wylezyna Wylezynski, fuit Albertus de Wylezyna Wylezynski Burggrabius et Vicegerens Cracoviensis, et Materna: Vianna Siebultuska Filia legitima. Pater Barbara Wysocka fuit nicolaus Wysocki Judex Castrensis Vichunensis et Mater Anna Zawiszanka filia legitima. Pater Sigismundi Jorski fuit Adamus Jorski Aulicus et S.R.M. Secretarius et Mater Elisabetha Jorynska filia legitima. Pater Barbara Raczka fuit Adamus Raczka Judex Mielnicensis et Mater Catharina Borska, filia legitima. Pater Joannis Comitis Zamoyski fuit Joannes Comes Zamoyski Palatinus Sandomiriensis et Mater Anna Jordanowska, Judicis Castrensis Crasnostaviensis hæres in Sienicze filia legitima. Pater Anna Principis Wisniowiecka fuit Constantinus Princeps Wisniowiecki Palatinus Ruthenia et Mater Helena Struisiowna filia legitima. Pater Barthlomæi Opacki fuit Petrus Opacki in Bonis Milorna hæres et Mater Catharina Rakowska, Capitanei Wiscensis filia legitima. Pater Anna Senkowska fuit Joannes Senkowski de Sarbiewo, et Mater Hedvigis Skotska, Nicolai Skotski filia legitima. Pater Adriani Pizynski fuit Matthias Pizynski et Mater Ludovica Brandowna Castellani Pomeraniæ filia legitima. Pater Anna de Pieczewa Pieczewska fuit Constantinus de Pieczewa Pieczewski et Mater Cecilia Wierzbowska filia legitima. Pater Hanns Hector Schaden fuit Hanns Georg Schaden von Mitbiberach zu Warthausen, Röm. Kays. und Chur Bayr. Ritter, Mater Margaretha von Braytenau. Pater Mariæ von Dondorf fuit Christophorus von Dondorf zu Pilnstain und Hoff, mater Justina von Preising zu Ernbach! Pater Hanns Eberhard von Closen fuit Hanns Georg von Closen zu Arndorf, mater Barbara, Herrn Hanns Rothaftan von Wemberg Tochter. Pater Margarethæ geborhne von Berlching fuit Hanns Christoph von Berlching zu Feldelfing mater Brigitta Hern Heimeran Rothafftan Tochter. Mater autem Helenæ Isabellæ in Lubna Lubienscia de cujus hic agitur Genealogia, fuit Theresia Comitissa de Bielinski, hujus Pater fuit Casimirus Comes de Bielinski Supremus Mareschalcus Regni Poloniæ, et Mater Ludovica Maria de Raciborscio Morstynowna Supremi Thesaurarii Poloniæ filia legitima. Pater Casimiri Comitis de Bielinski fuit Franciscus Comes de Bielinski Palatinus Marienburgensis et Mater Annafomitissa d'Alberstaff. Pater Ludovicæ Mariæ de Raciborscio Morstynowna fuit Andreas Comes de Raciborscio Morstyn Supremus Thesaurarius et Senator Regni Poloniæ Kowalensis, Tuchalensis et Zawi-

chascen

choscensis &c: &c: Gubernator, et Mater Catharina Gordon Marchionissa de Huntlij Comitis V. et Marchionis II. Filia legitima. Pater Francisci Comitis de Bielinski fuit Albertus Comes de Bielinski Capitaneus Lavensis et Mlavensis, Mater Elisabetha de Blendow. Pater Annæ Comitissæ d'Alberstaff fuit Adrianus Comes d'Alberstaff, Mater Marianna Comitissa de Kotlic, Pater Andreæ Comitis de Rauborzko Morstyn fuit Andreas Comes de Rauborzko Morstyn Poullator Pancomiriensis, et Mater Hedvigis de Pobiedno Pobiedzinska filia legitima. Pater Catharinæ Gordon fuit Georgius Gordon ejus nominis Comes V. et Marchio II. de Huntlij et Enzie et Vicecomes de Inverness Illustris Dominus Baro de Auchindeun Badnoch, Lochaber, Glenlive et Strathbogie etc. et Mater Anna Campbell Marchionis de Argyle Loror filia legitima Archibaldi Comitis Argathelie &c: Pater Alberti Comitis de Bielinski fuit Joannes Comes de Bielinski Dominus in Drozewo et Sulirisz, Mater Sophia Zazninska. Pater Elisabethæ de Blendow fuit Remigius Blendowski, Mater Eva Jarmolinska Judicis Terrestris Greenenecensis filia legitima. Pater Adriani Comitis d'Alberstaff fuit Henricus Comes d'Alberstaff, Mater Annæ Budembrock, Pater Mariannæ Comitissæ de Kotlic fuit Anselmus Comes de Kotlic Mater Catharina de Butler. Pater Andreæ Comitis de Rauborzko Morstyn fuit Christophorus Comes de Rauborzko Morstyn Regina Poloniæ Cancellarius, Mater Ursula de familia Broniewziorum filia legitima. Pater Hedvigis de Pobiedno Pobiedzinska fuit Gabriel Pobiedzinski Mater Elisabeth de Bielska Wierzbiecianka filia legitima. Pater Georgii Gordon ejus nominis Comes IV. et Marchio I. de Huntlij et Mater Henrica Stewart filia legitima Ernei Ducis de Lennox Patruelis Henrici Stewarti Scotorum Regis. Pater Annæ Campbell fuit Archibaldus Comes Argathelie Dominus de Kintyre et Mater Elizabeth filia legitima Guilielmi Douglas de Lochleven Comitis VII. de Mortoun. Pater Joannis Comitis de Bielinski fuit Joannes Comes de Bielinski Camerarius Siechanoviensis, Mater Barbara Dobrosielska filia legitima. Pater Sophiæ Zazninska fuit Georgius Zazninski, Mater Regina Sadowska filia legitima. Pater Remigiani Blendowski fuit Valentinus Blendowski Subjudex Lavensis, Mater Barbara Pruszynska filia legitima. Pater Evæ Jarmolinskæ, fuit Joannes Jarmolinski Judex Terrestris Greenecensis, Mater Catharina Strybylowna filia legitima. Pater Henrici Comitis d'Alberstaff fuit Hermannus Comes d'Alberstaff

fV. fuit Georgius Gordon Ejus nominis Comes 7

Mater Alphonsa Tyzenhausowna filia legitima. Pater Annæ Bu:
dembrock fuit Petrus Budembrock, Mater Anna Brandysowna
filia legitima. Pater Anselmi Comitis de Kotlic fuit Hermannus
Comes de Kotlic, Mater Barbara Korzkiewna filia legitima. Pater
Catharinæ de Butler fuit Joannes de Butler Castellanus Podlachiæ
Capitaneus Nowscensis, Mater Ludovica de Zelęchie Zelęcha Ca:
stellani Gnesnensis filia legitima. Pater Christophori de Raiborzko
Morztyn fuit Stanislaus Montium Vielicziensium Præfectus Comes
de Morztyn, Mater Agnes Kosecka filia legitima. Pater Ursulæ
de familia Broniewiorum fuit Sebastianus Broniewski Capi:
taneus Medicensis, Mater Sophia Ligęzianka Castellani Zarnovi:
ensis filia legitima. Pater Gabrielis Sobiedzinski fuit Petrus Sobie:
dzinski in Palatinatu Russiæ, Mater Anna Skornicka filia legitima
Pater Elizabethæ de Bielsko Wierzbicxianka fuit Joannes de
Bielsko Wierzbicki, Mater Maria Wieruszewska filia legitima
Pater Georgii Gordon ejus nominis Comitis IV. fuit Georgius III.
Gordon Comes de Huntly Summus Scotiæ Cancellarius, Mater
Anna Hamiltone Jacobi Hamiltone Ducis de Chastelherault filia
legitima. Pater Henricæ Stewart fuit Ernestus Stewart Dux
de Lennox, Mater Catharina Balzack Marchionissa d'Entra:
:gues Guillelmi Balzack Marchionis d'Entragues filia legi:
:tima. Pater Archibaldi Comitis Argathelia fuit Colinus Camp:
:bell Marchio d'Argyll, Mater Anna Keith Guillelmi Keith
Comitis Marischalli filia legitima, Pater Elisabethæ Douglas fuit
Guillelmus Douglas Comes de Morton, Mater Anna Leslei Geor:
gii Leslei Comitis de Rothes filia legitima. Nos e regione
dextra propria manu subscripti Regni Poloniæ et Magni Duca:
tus Lithuaniæ Senatores et Ministri, appositis nostris Sigillis
testamur et fidem cunctis facimus Illustrissimæ Dominæ Helenæ
Isabellæ in Zubna Lubienscia, Illustrissimo quondam Josepho Anto
nio Christiano Gabaleon S.R.I. Comiti de Salmour Serenissimi Augusti
III. Poloniarum Regis, Electoris Saxoniæ, Consiliario intimo nuptæ,
Tabulam hanc genealogicam, variis ex familiis Illustribus nobilibusq
Consistentem ex Archivis variis, judiciorum libris præfecturæ seu Ca:
pitaneatus Varsaviensis, variis etiam ex Libris de Illustribus Poloniæ
familiis impressis et suis doctorum Virorum opera et labore ex:
tractam atque hanc in formam redactam, eamque veram esse atque
accuratam: Nempe ex Literis Prosapiæ Isabellæ Comitis de Moritein

uxoris

Uxoris Casimiri Principis Czartoryski Ducis in Klevan, ex familia Jagellonum in Regno Polonia, cujus Soror natu major Ludovica uxor fuit Comitis Casimiri Bielinski, magni Regni Marschalci, qua Litera apposito magno Regni Sotice Sigillo, ex Deliberatione Dominorum Secreti Concilii ejusdem Regni probata sunt, et originaliter in Archivo Celsissimi Principis Czartoryski Palatini Russiæ extant, et deinde Justinam Margarethæ Schaden quod attinet, ex genealogia Schademiorum in Bavaria approbata, et in Archivo Magnifici Casimiri Lubienski Prefecti Lelowiensis existente, cæterus autem in Polonia quod attinet familias, ex fontibus supradictis, ea re in fidem quam optimam, quod hæc omnia accurate fuerint consignata, Nos ex regione dextra in horum testimonium et Nomina et insignia Nostra, subscribendo propria manu adjecimus. Datum Varsaviæ d. 3. Junii Anno Domini MDCCLX.

In quorum fidem me subscribo Joannes Malachowski Supremus Regni Poloniæ Cancellarius mp. (L. S.) Vladislaus Lubienski Archiepiscopus Primas Primusq; Princeps Regni Poloniæ et magni Ducatus Lithuaniæ mp. (L. S.) Hieronimus Szeptycki Episcopus Plocensis mp. (L. S.) Augustus Princeps Czartoryski Palatinus Generalis Terrarum Russiæ mp. (L. S.) A. Lubomirski Palatinus Lublinensis mp. (L. S.) Franciscus Bielinski Supremus Regni Poloniæ Marschalcus primusq; Minister mp. (L. S.) Joannes Malachowski Supremus Regni Poloniæ Cancellarius mp. (L. S.) Michaël Princeps Czartoryski Supremus Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius mp. (L. S.) Michaël Lapicha Procancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ mp. Quam ejusmodi Genealogiam sic ut premissum per Oblatam porrectam, Nos ad acta præsentia nostri inscribi, et ejusdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi, Originale vero rursus offerenti restitui permisimus. De quo recepto Cancellarium quietavit, quietatq; præsentibus, et pro majori fide de manu propria sese subscripsit.

Laur. Mitzlerus de Kolof
S. R. Maj. Consiliar. Aulicus et Medicus
Regni Poloniæ Historiographus p.

Actum Varsaviæ ut supra Mpr.

(L. S.) Ignatius Twardowski Castellanus Mederecensis mp.

(L. S.) Georgius Mniszech Marschalcus Regni Generalis majoris Poloniæ. mp.

Actum Varsaviæ x Feriâ Secundâ in Vigilia
Festi Sancti Joannis Baptistæ, Die videlicet
Vigesimâ Tertiâ Mensis Junii Annô Do:
mini Millesimo Septingentesimo Sexage:
simô. Regni verô Nostri Anno XXVII.

Ad Relationem Illustrini Excellini et Magnifici Dñi
Supremi Regni Cancellarii ut supra.

Roborant certum Contractum Generosi Constantinus
Waligorski Dapifer Czerniechoviens et Generosus Leo Pud:
wski Tribunus Palatinatus Podlachiæ.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus metrices Re:
gni Cancellariæ Nostræ minoris Comparentes personaliter
Generosi Constantinus Waligorski Dapifer Czerniechoviens no:
mine Admodum Rndi in Christo Patris Dñi Cajetani Soltyk
Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ vigore Specialis Plenipoten:
tiæ in Castro Lochaczoviensi Feriâ Tertia post Dominicam
Lætare Quadrlem proxima Annô Dñi 1765mo recognita, abuna
et Leo Pudłowski Tribunus Palatinatus Podlachiæ Magni:
ficorum Joannis Stanislai Comitis de Tenczyn Ozolinski et Le:
dovici de Baluzkie Castellanorum Gostinensium Conjugum
in Castro Nurensi Feria Tertia post Festum S. Viti et Modesti
Martyrum Anno currenti, ad infrascripta per agenda inscriptus
Plenipotens parte ab altera "agentes" mentibus et corporibus existen:
tes, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus sui quibusvis
propriis huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quoad infrascripta
recognoscenda attinet suos Principales subjiciendo et incorpora:
do palam libere ac benevolè recognoverunt. Quia Ipsi Contra:
ctum certum inter se ~~conscriptum~~ Varsaviæ Die Vigesima
Prima Mensis et Anni currentium nomine et in rem suo:
rum suprascriptorum Principalium initum et concriptum
manibus suis subscriptum, in omnibus ejusdem punctis
clausulis, Articulis, nexibus, et conditionibus, approbant, ro:
borant, confirmant et ratificant, Idemq Contractus, ~~in~~

Stare

stare parere, ac in singulis satisfacere suos Principales submittunt obligant. et asecurant Idque sub Vadio Ducentorum Octo aureorum Hungaricalium in casu contraventionis per Partem intoto eundem Contractum non venientem, succumbendo. Hac una Personali Recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Roboratoriae Inscriptionis de Jure firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manibus propriis sese subscripserunt.

Constantinus Waligorski Celsm. Gppi Cracoviensis Plenipotentiarius

Leo Pudtowski Dpp. Illustrium et Mm Castellanorum Gostinensium Plenipotens. mpp.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut praemissum fertur et recognitum, Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem Judiciter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum Fidem &c Actum Varsaviae ut supra

Roborat Scriptum Obligatorium Rndus in Christo Pater Josephus Zaluski Episcopus Kijoviae in rem Generosi Leonis Pudtowski Tribuni Podlachiae datum.

Augustus Certius ac

Significamus ex: Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nrae minoris comparens personaliter Reverendus in Christo Pater Josephus Zaluski Episcopus Kijoviae sanus mente et corpore existens recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae qua ad infrascripta recognoscenda attinet sese subjiciendo et incorporando palam, libere ac bonevole recognovit et praesentibus recognoscit: Quia Ipse Scriptum Obligatorium per se Generoso Leoni Pudtowski Tribuno Palatinatus Podlachiae Varsaviae die hodierna in Actu contenta et Anno currenti datum, manu sua propria subscriptum et Sigillo Gentilitio in cera rubra hispanica expresso communitum, in omnibus ejusdem punctis, clausulis, nexibus, et ligamentis approbat, roborat, confirmat et ratificat, eidemq Scripto, in omnibus et singulis stare, parere, et plenarie satisfacere, de et super Bonis suis quibuscunque mobilibus et immobilibus inscribit obligat et asecurat. Idque sub Vadio Sex millium Florenorum Polonicalium in casu contraventionis irre-

missibiliter succumbendo. Pro quo quidem Vadio reg' ipsa principali Actus existens, in Foro ubiquinario peremptorie præcisis omnibus protellationibus Dilationibus et beneficiis Juris respondebit. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ, de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se sub: scripsit.

X. Zabiełło Bischup Kiowski.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut præmissum factam et Recognitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad Acta presentia suscipi inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptam, parti postulanti Authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsavia Feria Tertiâ in Vigilia Festi Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis Die videlicet Primâ Mensis Julii Annô Domini millesimo Septingentesimo Sexagesimô Regni verò Nostri Annô XXVII.

Ad Relationem Illustrini Excellini et mi Dni Joannis Comitis in Konskie et Białaczow a Mała chowice Małachowski, Supremi Regni Cancellarii, Grodecen Oszrolencn &c: Capitanei.

Roborant Compositionem certo Andreæ Załuski, Ostis Młodzieiowski exima, et Stanislai Augustus Fertius &c: ex altera, atq; Hyacinthus Wiśniewski Rector Collegii Nob. S. Exteria partibus Significamus ac: Quod coram Actis presentibus Mestrices Regni Cancellaria Petro a Minoris comparentes personaliter Reverendus Martinus Załuski Episcopus Drezdensis Suffraganeus Plocensis, Testamenti olim Andreæ Załuski in Christo Patris Dni Andreæ Stanislai Kostka Załuski Episcopi Cracovien sis, Protector et Venerabilis Andreas Młodzieiowski Metropolitanus Gnesnen et Cathedr Crac Canonicus ejusdem Testamenti Executor ex una, tum Prænus Franciscus Joannes d'Ossolt de Riviere Comes Załuski Capitaneus Grojecensis Bonorum Kozietuły in Terra Cernensi, Dąbrowka in Palatinatu Ravensi et Przylaszczewo in Palatinatu Masoviæ Districtu Grojecensi utorum et jacentium Hæres ex altera, atq; Religiosus Antonius Wiśniewski Scholarum Piarum Collegii Nobilium Varsavien Rector ex tertia partibus, suos

mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nrâ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, sese subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi Compositionem certam inter se Recognoscentes hic Varsaviæ Die hodierna in actu contenta, occasione Summæ Aureorum Hungaricalium Quingentorum viginti Quatuor, Florenos Polonicales Novem Millia Quadringentos Triginta duos efficientis, pro fovendo uno de Familiis Latuscziana Sobieniciana, vel Lanckoroniciana in Collegio Nobilium Varsavien Convictore disposita, initam et conclusam, manibus suis propriis subscriptam et Sigillis in cera rubra hispanica expressis communitam, in omnibus punctis, clausulis, conditionibus, nexibus et ligamentis, roborârunt approbârunt, confirmârunt et ratificârunt, prout per præsentem ad acta hac comparitionem, roborant, approbant, confirmant et ratificant, Eidemque Compositioni tam in toto quàm in minima ejus parte stare, parere, ac in omnibus et singulis satisfacere se et Successores suos inscribunt, obligant et asecurant perpetuo et in avum. Suis personalibus Recognitionibus ad præmissa mediantibus. Aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriæ de jure plenissima, firmissima et pertectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis sese subscripsere: ut: Martinus Latuski Suffr Ploc mpp

Andr: Młodzieiowski Procurat Cracc: Can:
Franc(s) de Riviere d'Arschot de Heere de Latuski Suffr Plock
Antonius Wiśniewski Schol: Piar. Collegij Nobil: Vars: Rector: mpp

Quam ejus modi Inscriptionem Roboratoriam sicut præmissum facta et Recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permittimus. In quorum Fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ in Crastino Festi Beatissimæ Virginis Mariæ Visitationis. Die videlicet Tertiâ Mensis Julii Annô Domini milleni mo Septingentesimo Sexagesimo

Ad Relationem Illmi Excellmi et mgci Dni Supmi Regni Cancellarii. ut supra.

Quietat Gnosus Basilius Walicki Castellanus Sochaczoviensis Gum Mathiam Szymanowski De Summa 20m. florenos Polonos

Augustus Tertius &c.
Significamus ac: Quòd coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparens personaliter Generosus Basilius Walicki Castellanus Sochaczoviensis sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognovit et praesentibus recognoscit. Quia Ipse Generosum Mathiam Szymanowski Capitaneum Visogrodiensem jam exnunc et de facto de Summa Viginti Millium Florenorum Polonicalium, ubi vigore manualis Obligationis sub Die Septima mensis Julii Anno Dñi 1750 ^2. hic^ ^2. Varsaviæ^ et in Castrino Actis Metricer Regni Cancellariæ Nræ majoris roboratæ, assecurata et ad solvendum proveniens, ob praestitam sibi Recognitionem realem Satisfactionem et in effectu Summæ ejusdem Viginti Millium una cum provisione usq ^ad diem hodiernam^ proveniente exolutionem, quietat, emittit liberum absolutumq; facit et pronunciat. Acinstimul Scriptum idem sive memoratam Obligationem cum suis contentis, nexibus, Vadio ac ligamentis et Roboratione quò ad praemissam Summam 20000. Florenorum Polonicalium Capitalem et Provisiones ab Eadem proveniente per se Recognoscentem actualiter levatas, spectante, nihil sibi reliq; Successoribus Langvinii, quidquam Juris praetextus et praetensionis intuitu ejusdem Summæ reservando, relinquendo et exipiendo, tollit, cassat, mortificat et annihilat perpetuo et in aevum. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante. Aliàs in forma Juris optimi Quietatoria de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Basilius Walicki Castellanus Sochaczoviensis m.p.

Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut praemissum factum et recognitum, Nos firmam ac de Jure validam habere volentes, eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimæ Mariæ

Maria Virginis proximô Die videlicet Quinta Mensis Julii Annô Domini milesimo Septingentesimô Sexagesimô. Regni verò Nostri Annô XXVII.

Ad Relationem Illrûi Excellmi et Mgfici D. Cupreni Regni Cancellarii.

Confirmat et roborat manualem Plenipotentiâ Admodum Rndus in Christo Pater Dominus Cajetanus Soltyk Episcopus Cracovien: Dux Severiæ, Gnôso Simoni Waligorski datam ad tradenda Bona Januszowice Eô Ignatiô Bidzinski: Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nrâ Minoris comparens personaliter Admodum Reverendus in Christo Pater Dominus Cajetanus Ignatius Soltyk Episcopus Cracovien: Dux Severiæ, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibus: vis proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quô ad infra: scripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam libere ac benevolè recognovit et præsentibus recognovit. Quia Ipse tanquam Fundationis Bidzinsciane pro Redemptione Captivorum in Paganica et Scythica Captivitate degentium, erga Magnificum Palatinum Sandomirien: Protector quemadmodum per Plenipotentiam manualem in Bonis Borzycin Die Decimâ quartâ Junii Anno currenti 1760. Gnôso Simoni Waligorski sumarscripti Magnifici Palatini Sandomirien: Bonorum commissario datam, Eundem Simonem Waligorski ad Traditionem Bonorum Tractus Januszovien: Fundationis prænissa Bidzinsciana existens, Protectioni Admodi Rndi in Christo Patris Dñi Episcopi Cracovien: Ducis Severiæ et Mgfici Palatini Sandomirien: pro tempore existentium subjecit, Possessioni verò Nominis Bidzinsciani serviens, Decreto Condescensionis in Fundo Bonorum Januszowice Annô præterito 1759. post resolutionem et cassationem Transactionis seu Donationis per Generosum Castellanum Matogosten: indebitè prætensæ, circa unum ex Nomine Bidzinsciano per ~~Eundem~~ Rndum D. Recognoscentem et Magnificum Palatinum Sandomirien: tanquam ejusdem Fundationis Protectores designandum, peruitere debere declaratorum, in Personam, Generosi;

Ignatii Bidzinski ad mentem Fundationis ejusdem Bidzinsciane
et Decreti Condescensorialis subsequendam, Plenipotenter constituit
eidemq' Plenipotentiarius suprascripta Plenipotentia, tantùmmodo
manualiter ſ: obstantibus protunc publicis negotiis, se Recognoscente
impedientibus, adireq' acta Authentica non permittentibus: ſacta
plenariam facultatem et potestatem Bona pramipsa Januszowice
cum attinentiis predicto Jmóso Ignatio Bidzinski nomen Magnifici
Fundatoris representanti, tradendi, Transactionem conficiendi,
sive Submissionem cum obligatione explendarum conditionum
ab eodem Jmóso Bidzinski obtinendi, Inventaria conscribendi,
dedit, ita presentibus, suprascriptam manualem Plenipotentiam
firmando, promissa omnia, quæ per suprascriptum Jmósum
Plenipotentem virtute prefatæ Plenipotentiæ sua, tum etiam vir-
tute Plenipotentiæ Magnifici Palatini Sandomiriensis Confrote-
ctoris sui Recognoscentis coram Actis Castrens Capitaneal recognita
circa Traditionem Bonorum pramissorum peracta et gesta cum
approbat et ratificat: Presenti Recognitione ad promissa
mediante. Alias in forma Approbationis et Ratificationis
de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit.

Cajetanus Sołtyk Epp̃s Cracov Dux Severiæ mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam et ratificatoriam sic
ut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure valida
haberi volentes, eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem
fideliter descripti Parti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ ante Festum
Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris
proximâ Die videlicet Nonâ mensis Julii
Annô Domini Millesimo Septingentesimo
Sexagesimô Regni vero Nri Ao XXVII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mpfi Dni Supremi
Regni Cancellarii ut supra.

Oblata Cassationis Curatelæ pretensæ olim Vbli Andreæ Pia-
secki Canonico Leopoliensi super Jmóso Hyacintho Piasecki Vexilli-
feri da Czernichowien. concessæ.

Argu-

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad acta praesentia metrices Regni cancellariae Nri minoris Literas Originales Papyreas Cautionis Curatelae infraspecificatae, manu Nostra subscriptas et Sigillo Regni minori communitas, sanas, salvas et illaesas omnig suspicionis nota carentes tenoris qui sequitur = Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq; necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis expositum nobis esse per Consiliarios Nostros qualiter Anno 1724. Die 17. Martii ad Liniztram informationem Vblis Andreae Piasecki Canonici Leopolien[sis] eidem Charissimus Sanctae memoriae Parens Noster Augustus Secundus contulerit munus Curatoris super Gnoso Hyacintho Piasecki Vexilliferida Czerniechoviensi sub praetextu morum licentiae, scandalosae vitae, et Bonorum hereditariorum dilapidationis, qui tamen Gnosus Hyacinthus Piasecki objectis sibi criminibus non fuit obnoxius et nunc praesens ipse, tam sanae mentis, quàm morum inculpabilium documenta probet, his igitur ex causis praecitatum Curatelae Instrumentum Auctoritate Nostra Regia revocamus, irritamus, cassamus et annihilamus, plenegq honori et libertati Eundem Generosum Hyacinthum Piasecki restituimus, idq ad effectum Bonorum suorum è manibus pretenzi Curatoris, seu quorumcunq aliorum jure suo vindicandorum, recuperandorum et recipiendorum ex quibus fructuum hactenus perceptorum Venerabilis Andreas Canonicus Leopoliensis eidem vero et legitimo Bonorum heredi rationem in debito Foro reddere teneatur. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datt Varsaviae Die XXVI. mensis Novembris MDCCLIX. Regni verò Nostri XXVII. Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Cancellariae minoris Regni. Cassatio Curatelae pretensae olim Venerabilis Andreae Piasecki Canonico Leopoliensi super Gnoso Hyacintho Piasecki Vexillifera Czerniechoviensi concepta. Antonius Wyrzykowski Can. Sandomirien[sis] Secretarius Ls Rs Mis mpp. Literas ejus modi Literas Originales papyreas supra descriptas sicut praemittitur per Oblatas porrectas, Nos ad Acta praesentia suscipi, inscribi et ex eisdem fideliter descripti, Parti postulanti Authentice extradi; Originale verò nemini offerens

restitui permiximus. In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Sabbatho pridie Festi Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris Die silicet Duodecimâ Mensis Julii Anno Domini Milleximo Septingentesimo Sexagesimô Regni verò Nri Anno XXVII.

Ad Relationem Illrm Excellmi et Rtdi Dni Supremi Regni Cancellarii &c.

Constituit Plenipotentes Reverendus in Christo Pater Antonius Ostrowski Episcopus Livoniæ et Coadjutor Episcopatus Vladislaviensis, Jnóres Josephum Zaborowski VicePalatinum Goztinensem et Stanislaum Drogon Vice Regentem Castrensem Stężycensem

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quòd coram Actis præsentibus metricis Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Reverendus in Christo Pater Antonius Ostrowski Episcopus Livoniæ et Piltinen: ac Coadjutor Episcopatus Vladislaviensis sanus mente et corpore existens recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole recognovit et præsentibus recognovit. Quia Ipse "Generosos" Josephum Zaborowski VicePalatinum Goztinensem, et Stanislaum Drogon Vice Regentem Castrensem Stężycensem in suos veros ac legitimos Plenipotentes fecit, constituit, inscribit et ordinat, Dans et concedens eisdem Generosis Plenipotentibus suis plenariam facultatem et omnimodam potestatem, causas suas generaliter omnes et singulas cum quibusvis Personis, occasione cujusvis negotii, in omni Judicio vel officio Regni, majoris sive minoris subsellii ujusque Terræ et Districtus etiam Tribunalis Regni Petrcovien: sive Lublinen: habitas sive habendas instituendas et instituendas promovendi, defendendi, Juramenta admittendi, pœnas Judiciarias levandi, Relevatis quietandi, Intromissiones offerendi et apprehendendi, Executiones urgendi et admittendi, Cæteraq' omnia legitimos Plenipotentes concernentia peragendi et exequendi ac alios Plenipotentes in locum sui cum simili vel limitata potestate substituendi Offe:

offerendo se quidquid per eorden Generosos Plenipotentes suos actum gestum, factum, constitutumq' fuerit, pro rato et grato susceptur.s. Quam Plenipotentiam Idem Reverendus Recognoscens ad Triennium integrum duraturam roburq' suum de valorem habituram vult presentibusq' declarat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Antonius Ostrowski Epus Livnicē

Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut premissum factam et Recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad acta presentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Partis postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Manifestatur Reverendus in Christo Pater Antonius Ostrowski Episcopus Livoniæ et Piltinen. Coadjutor Episcopatus Vladislavien. contra Magnificum Joannem Cajetanum de Prusy Jabłonowski Palatinum Bracla viensem.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Personaliter comparens Reverendus in Christo Pater Antonius Ostrowski Episcopus Livoniæ et Piltinensis Episcopatus Vladislaviensis Coadjutor, Bonorum Vtlis Capituli Varsaviensis adventalis Possessor, solenniter ijdem coram Actis in et contra Magnificum Joannem Cajetanum de Prusy Jabłonowski Palatinum Braclaviensem Capitaneum Cechrynensem Bonorum Villæ Dtuga cum attinentiis vigore Contractus Arendatorii Possessorem à prima notitia questus, protestatus et manifestatus est de et super eo: Quia Ipse suprascripta Bona Villæ Dtuga in Terra Varsavien. Palatinatu Masoviæ sita Vtlis Capituli Varsaviensis hereditaria habens sibi à se Manifestante tanquam recensitorum Bonorum Possessore adventali per Contractum in Arendam Sexennalem dimissa et locata sub tractu Possessionis suæ Anno presenti tempore non ita preterito per suum Oeconomum Ibidem constitutum, ac ex incuria illius culposa ex occasione ignis ex ædificiis Curiæ residentialis erumpentis, non solum ipsam Curiam cum nonnullis ejus ædificiis verum

etiam et totam suprà nominatam Villam nempe Sazas Rusticales Subditorum, tum etiam Diversorium Curiale publicum cum omnibus ejus ædificiis, Braxatorio ac Taberna incendere et conflagrare jecit, damnumq; non modicum sibi Manifestanti et toti Venerabili Capitulo Varsaviensi hac de causa intulit, ac ineuper vigore memorati Contractus rathas sibi Manifestanti ex Locato et conducto debitas in tempore prafixo non solvit, nec solvere suo Oxonomo commisit, Idcirco Idem Reverendus Manifestans intuitu horum omnium præcustodiendo sibi abinde omnia damna ventura, ac bonificationem eorundem, contra prælibatum Magnificum Palatinum Bractaviensem iterum atque iterum quam solennissimè protestatur ac manifestatur. Offerens se pro eo, jure alterum et refusionem hujusce damni vindicaturum. Hac sua Manifestatione ad præmissa mediante. Quam manu propria subscripsit.

Antonius Ostrowski. C. L.

Quam ejusmodi Manifestationem Nos ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ post Festum Sanctæ Annæ Matris Beatissimæ Virginis Mariæ proximâ Die videlicet Vigesimâ Octavâ Mensis Julii Annô Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimô. Regni vero Nostri Annô XXVII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mgci Dñi Joannis in Konskie et Biadaczow à Madachowice Madachowski Supremi Regni Cancellarii, Prodecen. Ostrozecen. &c. Capit. Roborat Scriptum certum Obligatorium. Magnificus Michaël Sapieha Procancellarius M. D. Lith. Joño Petro Riaucour dato. Augustus Bertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Magnificus Michaël Comes in Bychowy, Barlucztabow, Dombrowna et Slapiczyn Sapieha

Ivo-

Procancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ, Suholien[sis] Vitkovien[sis] Kal:
varien[sis] &c: Capitaneus, sanus mente et corpore existens recedendo a
Toro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscuis propriis huic autem
Jurizdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevole recognovit et
præsentibus recognoscit. Cuia Spie Scriptum certum Obligatorium
super Summam Mille aureorum Hungaricalium Jnōso Petro
Baroni Riaucour Anno currenti Die Vigesima Prima mensis
Julii datum, manu sui Recognoscentis et Testium subscriptum,
in omnibus ejusdem punctis, clausulis, Articulis conditionibus
et ligamentis approbavit, confirmavit roboravit et ratificavit
prout quidem per præsentem ad Acta hæc comparitionem appro:
bat, confirmat, roborat et ratificat, eidemq[ue] Scripto stare, parere
ac in omnibus et singulis ipsi plenarie satisfacere seve inscribit
obligat et asecurat. Hac ejus personali Recognitione ad præmissa
mediante. Aliàs in forma Jnscriptionis Roboratoriæ de jure
plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit.

Michäel Sapieha
Cancellarius M. D. L.

Cuam ejusmodi Jnscriptionem Roboratoriam sic ut præmissum
factam et recognitam nos firmam ac de jure validam haberi vo:
lentes eandem ad Acta præsentia assumpsi, inscribi, et exijdem fideli:
ter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Oblata Scripti manualis Quietationem de prætensionibus
certis in se continen[tem] in rem Mgnifici Henrici Comitis de Ociezyno
Bruhl Generalis Artilleriæ Regni Dati:

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Oblatum esse ad Acta Metrices Regni Cancella:
riæ Nostræ minoris Scriptum manuale Quietationem de certis
prætensionibus in se continens, Magnifico Henrico Comiti in Ocie:
zyno Bruhl Gili Artilleriæ Regni Supremi &c: Capitaneo ver:
bum, tenoris ejusmodi: Niżey na podpisie wyrażeni zeznaiemy
Iż ponieważ Jaśnie Wielmożny Jmćan Henryk Hrabia na Ociezyńie

Brühl Generał Artyllerii Koronney Nayuyższy Ikmći Minister Stanisł. Bolemorskiej, Piaseczynskiej, Kapinoskiej &c. Starosta przypo: danych przez nas na przeciwko Panu Rudowskiemu przeszłemu Dobr Staroctwa Błonskiego Ekonomowi w Roku przeszłym zbie: głemu Supplikach, umyślił dlanas przez tegoż Rudowskiego uderzywdzonych z szczegulney swoiey dobroci kompassyi ymito: sierdzia a nie z żadney słusznej przyczyny y obowiązku w skarbie swoim Dwiescie Czerwonych Złotych assygnował, ktore Dwiescie Czerwonych takowym sposobem z Kaski assygnowane gdy nam Wjmć Pan Piotr Baron Riaucour Konsyliarz Ikmći rzetelnie in effectu wyliczył, więc na to niniejszy temuż Wjmci Panu Ba: ronowi Riaucourowi daiemy Dokument, co się zaś tycze Pretensyi Naszych ktore mamy przeciwko temuż Panu Rudowskiemu Respektem Summ od nas na Skrypta pobranych, ponieważ: tenże Rudowski uczyniwszy się Kommissarzem, niemaiąc za: dney Specyalney od Jw. Jmci Pana Generała Artylleryi Koronney Plenipotencyi sztucznie nas w pozyczeniu pieniędzy zaszył y nas y Skarb Tegoż Jw Jmci Pana Generała Artylleryi Koronney nieuczyniwszy z Prowentow Kalkulacyi y bonifikacyi słuszności y uszedł, przeto żadney sobie pretensyi do Skarbu tegoż Jw. Ge: nerała Artylleryi Koronney nierozszerz. Salvam sobie Actionem szczegulnie do Osoby tegoż Pana Rudowskiego y Dobr Jego wsze: lich ruchomych y nieruchomych Zostawuiemy, Dla uiększe: szey zaś wiary y wagi rękami się własnemi podpisuiemy. Datum w Warszawie Die 25ta Junii 1755to Anno. Antoni Olszewski Jakub Stanisławczyk Chrząstowski. X. Gabriel Piotr Baudouin Kon: gregacyi Missionis ialo przy tym będący mpp. Lukasz Kostowski Ikmći Sekretarz przy tym będący sibi ad hoc podpisuię się mpp.

Quod ejusmodi Scriptum manuale sic prout præmissum per Obla: tum porrectum Nos ad Acta præsentia assumpsi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptum Parti postulanti authentice extradi, Originale verò Offerenti restitui permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Warszawie Sabbatho in Crastino Festi Sancti Petri in Vinculis Die videlicet Secun: da Mensis Augusti Anno Domini millesimo Septingentesimo Sexagesimo Xpi verò Nostri XXVII. Anno.

Ad Acta:

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi et Rmi Dni Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki nominati Episcopi Premysliensis Decani Cathedr. Grac. Abbatis Commendatarii Cervenen. et Clare Tumbe Procancellarii Regni

Cedunt de Bonis Lucha, Susha Wola, Ruda, et Ptachty in Palatinatu Sandomirien. Districtu vero Radomiensi sitis, Gnäi Joannes Fridericus Jarzewski Capitaneus in Exercitu Saxonico et Francisca de Zbrozki Conjuges, Gnäo Valentino Sobolewski Nobili Cubiculario Sacræ Mtis.

Augustus Tertius &c.

=Excerptum ex Patris Procuratoris Generalis Epistola data Roma 4 22. martii 1749. tale= Cardinalis Albanus cui Epistolam Supremi Ducis Potocij tradidi, vix eâ lectâ dixit, Patrum Jesuitarum instantias contra Collegium Vestrum Leopoliense rejeci, cum sciam interpositam ese pro vobis Auctoritatem Regis &. Idem Excerptum ex Literis Ejusdem Cardinalis Albani Romæ datis 4 24. Februarii 1749. ad Archi Episcopum Leopoliensem= Difficile hic Romæ est impedire ut Patres Scholarum Piarum non sint Leopoli et non doceant. Papa non potest denegare hoc pium opus et Religioni eorum conveniens, sed curet ut Rex impediat, Privilegiumq; suum quod illis dederat revocet, et nos hic media quæremus justa vota illius= Tertiarum Literarum legalisatarum Ejusdem Summi Pontificis tenor ejusmodi

Benedictus P.P. XIV. Venerabilis Frater Salutem et Apostolicam Benedictionem. Piarum Consilium à fundamentis, nimirum in Civitate Leopoliensi excitandi pro Nobilibus Adolescentibus Collegium, congruentibus reditibus dotandi, atq; cura et regimini Dilectorum Filiorum Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei nuncupatorum, in perpetuum committendi, à Fraternitate Tua jam diu initum, à Te ex Objectis difficultatibus, nedum interea temporis minime abjectum, quin flagrantiori animo susceptum fuisse certiores facti, maximopere cum Fraternitate Tua gratulantes, meritis ejus laudationis præconiis dignissimum Sacerdotali Zelo tuo Studium prædicamus. Ad prosperum autem tam pii, tamq; proficui negotii successum, Nos alias Nostras in simili forma Brevis Literas, ad Carissimum in Christo Filium Nostrum Augustum Poloniæ Regem Illustrem de Catholica Religione benemereri pergentem damus, ut impedimenta quæ obstent, per Regiam suam potestatem removeantur; Bono itaq; animo Fraternitatem Tuam esse jubemus, atque ut majori alacritate, et constantia ad perficiendum, quod tanta cum nominis Sui laude cepisti, opus salutare, manum admoveas, Te vehementer hortamur et rogamus. Nos interim Supremum Pastorum Principem Jesum Christum, cujus vices immerentes gerimus, et cujus Honorem Te quærere lætamur, Supplices precemur, ut Te in vinea Ipsius laborantem, repleat omni gaudio, perenni incolumitate servet, cœlesti præsidio tueatur, dum Nos Studiosæ voluntatis Nræ pignus Apl.cam Benedictionem ex intimo corde Tibi promptam Fraternitati Tuæ impertimur. Datt. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die XXIV. Maji MDCL.

Ponti

Pontificatus nostri Anno Decimo Locus Sigilli. Cajetanus Amatus = Subscripti-
onis Tenor = Viribli Fratri Samueli Episcopo Hebronensi Suffraganeo Leopoliensi.
Admissionis Tenor = Nicolaus Ignatius de Wyżyce Wyżycki Dei et Apostolicæ
Sedis Gratia Archi Episcopus Metropolitanus Leopoliensis. Universis et singu-
lis Quorum interest, præsentium futuris temporibus notitiam habituris notum
facimus, præsentes Literas Sanctissimi Dni Dni Papæ Ejus nominis Benedicti XIV.
per nos resigillatas, fuisse et esse, post quarum resigillationem ac perlectionem
eisdem cum omni reverentia et debita obedientia suscepimus, roburq; perpe-
tuum habere declaravimus et debita executioni demandavimus. In quorum
fidem etc: Datæ Leopoli Die 1ma Septembris Anno Dni 1751mo. Nicolaus Igna-
tius Wyżycki Archi Episcopus Metropolit Leopolien. my. Testimonii Prothonotarii Apłici
tenor = Ego Stephanus Nikulski Sacra Authoritate Prothonotarius Apłcus, cano-
nicus Cathedralis Leopolien. ad præmissa invitatus, fide publica testor, præ-
sens Instrumentum Brevis Apostolici fuisse et esse in præsentia mei, ab
Illmo Excellentissimo et Rmo Dno Dno Nicolao Ignatio de Wyżyce Wyżycki
Archi Episcopo Metropolitano Leopoliensi lectum, grato animo admissum,
acceptatum et subscriptum. In cujus rei majorem fidem præsentes
manu propria subscripsi et Sigillo meo communivi. Datæ Leopoli, Anno
et die quibus supra. Idem qui supra mpp Locus Sigilli. Præsentem Co-
piam ex suis Originalibus Brevis Apostolici, admissionis Loci Ordina-
rii Testimonii Protonotarii Apostolici, depromptam, confrontatam et lega-
tionatam, de verbo ad verbum concordare attestor. In cujus rei fidem
subscripsi et Sigillo, quo in similibus utor, communivi, Leopoli, Die
vigesima Secunda Mensis Junii Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Quinquagesimo Septimo. Adalbertus Mirkiewicz Cano-
nicus, Sen. Prius, Apłicus Sa Authe Apłica et Consistorii Jnłis Leopolien.
prius. Locus Sigilli. Quarta Litera tenoris talis = Carissimo
in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi & Illustri. Benedictus
Papa XIV. Carissime in Christo Fili Noster Salutem &. Quod sane
levandis Apostolicæ sollicitudinis nostræ angustiis magis consentaneum
reputantes apud majestatem Tuam alacres, libentesq; adhibemus officia,
hoc Tibi nullum gratius accidere pro Filiali Tua erga nos observantia
non dubitamus, quo eximiam, Religionem, dignamq; Regio animo
Tuo pietatem, Zelumq; et ad majorem Divini honoris cultum promo-
vendum, et ad præclaram Nobilium adolescentium Institutionem
in florentissimo Polonia Regno procurandam Apostolicis obtestatio-
nibus advocamus. Venerabilis enim Frater Samuel Episcopus He-
bronensis, Suffraganeus Leopoliensis consilio imprimis utili et salluta-
ri ad erudiendos formandosque in Christianis moribus, bonis arti-
bus, ac disciplinis nobiles Poloniæ Juvenes suscepto jamdudum co-
gitat privatum Nobilium Collegium, quemadmodum Majestati Tuæ
apertissime constat, in Civitate Leopoli fundare, in quo sub Directorum

Filiorum Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum cura et regimine Adolescentes ad Collegii Nazareni in hac Alma Urbe nostra erecti, ijsdemque Clericis Regularibus commissi, per hæc tempora commendatissimi instar, formam quærite instituantur, ac tum suis ipsorum sumptibus, tum gratis alantur, ita, ut sit tanquam perpetuum Convictorum Alumnorumque Seminarium; Porro Majestas Tua de fundatione hujusmodi plenissime edocta providens, pro singulari sapientia maximam inde redundaturam fore utilitatem, oblatas preces Regio suo assensu ratas fecit, iterumque probavit, ac facultatem dedit possessiones et fundos in eadem Civitate Leopoli coëmendi, sub Regium quoque patrocinium recipiendum voluit, atque etiam ut Supremas Auctoritatis nostra partes adjiceremus Nobis significandum mandavit. Quod autem fundatio hujusmodi ad hanc usque diem dilata fuerit, in causa fuit, sicut Nobis exponi fecerunt iidem Clerici Regulares, Venerabilis Frater Nicolaus Gherardus Archiepiscopus Leopoliensis Loci Ordinarius, qui primum hac in re suum, ut fertur, prebuerat assensum deinde aliter sentire adhuc videtur. Nos interea quibus præ cæteris magis perspectum est, quantum Seminaria Collegiaq; Puerorum Adolescentiumque præsertim Nobilium in Catholica Ecclesia commodum et decus afferant, eorumque fundatio ubique locorum maxime cordi est, non Emittemus, quod ad Nobis integrum erit, quacunque ad tam pium opus, et tanto opere proficuum urgendum et perficiendum opportuna fore existimabimus. Porro Majestatem Tuam vehementer hortamur et obsecramus, ut Regiam Tuam Auctoritatem desiderari minimè patiaris, et quam laudabilibus ejusdem Samuelis Suffraganei votis, studiis et conatibus accommodare tanta cum benignitate hactenus dignaris opem ac patrocinium, majori zelo et cura conferre satages, quo perfecta tam pii operis fundatio penitus absoluta ad majus Divini cultus incrementum, Nobilium Adolescentium profectum, Regni Poloniæ ornamentum, Nominis Tui gloriam, ac nostræ sollicitudinis solatium cedat. Interim Majestati Tuæ Apostolicam benedictionem auspicem Divinorum munerum et Paternæ caritatis nostræ pignus amantissime impertimur. Datum Romæ die 24. Maji 1750. Litera Responsoriales à Regie ad Sanctissimum tenoris hujus: Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater. Post oscula beatorum Pedum Sanctitatis Vestræ, mei Regnique ac Dominiorum meorum humillimam commendationem filiali ut decuit observantia à Rmo in Christo Patre Alberico è Comitibus Archinto Archiepiscopo Nicæ et Sanctitatis Vræ Nuntio Vigilantissimo, quæ voce

exposuit

exposuit, et Breve Apostolicum accepi; quo Beatitudo Vestra non modo una mecum
mente laudat, probatque pium zelum Rndi in Christo Patris Samuelis Glowinscii
suffraganei Leopoliensis omni studio cura ac sumptu Collegium privatum
nobilium ea in Civitate erigere, ac congruis redditibus dotare satagentis;
sed etiam Apostolica prorsus benevolentia, ut ei opem et patrocinium ad
id ulterius conferam magnopere commendat. Cum vero nihil mihi jucundius sit, quam ut ad tantæ solicitudinis Apostolica solatium Sapientissimo Summi Præsulis judicio de convenientia et utilitate hujus operis, ac ejusdem Paternis exhortationibus de eo promovendo, me conformem, præter quam quæ denuper concepi Privilegia ad fovendam præclaram hanc Fundatoris voluntatem, de consilio etiam meorum Ministrorum, firma hactenus et rata habui; Fundationem quoq; ipsam, quam sub meam meorum Successorum tutelam accepi, ulteriori præsidio prosequi non intermittam, ut pote minime dubitans, quin ad majorem Dei gloriam ac Regni mei decus ea sit cessura; præsertim dum Apostolicis Sanctitatis Vræ benedictionibus fulta, Nobiles ibidem Adolescentes Christianis moribus, bonisque Lientiis, artibus ingenuis ac disciplinis, velut in Collegio Nazareno de Urbe, sedulo pergent, erudiri sub diligenti ac fructuoso Regimine Clericorum Scholarum Piarum, qui ad Reipublicæ bonum institutum suum usquequaque adimplere contendunt. Et quoniam Beatitudo Vra suprema qua pollet in Ecclesia Dei potestate Consensum insuper Rndi in Christo Patris Archiepiscopi Leopoliensis supplevit, nullus jam superest obex, ut pius Fundator Apostolica et Regia Authoritate munitus, inditate inchoando et perficiendo huic operi, manus admoveat, quemadmodum et meis Regni Ministris monebitur. Caterum dum hanc ipsam Fundationem Sanctitatis Vræ, ac Sanctæ Sedis perenni benevolentiæ vicissim commendo, felix ac longævum Christiani Orbis regimen apprecor, ac pro universo Populo meo, meaque Regia Domu, uberes benedictiones imploro. Datum Varsaviæ die - - - Septembris Annō Domini MDCCL. Regni vero mei Anno XVII. = Consensus Loci Ordinarii tenor talis: Nicolaus Ignatius de Uryże Uryżycki Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ Archiepiscopus Metropolitanus Leopoliensis. Promovendæ in Archidiœcesi Nostra gloriæ Dei Salutisq; animarum cupidissimi, cum ad utramq; rectam in primis juventutis in religione, ac timore Dei, Divinis humanisque disciplinis educationem plurimum conferre merito existimemus, ad perficiendam vero ipsammet optimæ educationis artem laudabilem meliorum charismatum æmulationem efficaciter con-

tribuere

tribuere judicemus, proindevisis, lectisque quibus omnem debitum
honorem ac obsequium, ut par est, deferimus tam Summi Pontificis
Benedicti XIV. brevibus, quorum bina data sunt, Ao 1749. 9 23. Feb.
duo alia data sunt, Ao 1750. 9 24 maji, quàm Privilegiis, Literis q
Serenissimi ac Potentissimi Augusti III. Regis et Domini nostri Cle-
mentissimi quorum primum datum fuit Anno 1748. 9 14. 9bris. alte-
rum datum fuit 1749. 9 3. Febr. tertium datum 1752. 9 16. 9bris
Litera verò Ejusdem Augusti III. data ad Summum Pontificem
1750. Mensis 9bris 24. Quæ omnia Clericorum Regularium Pau:
perum Matris Dei Scholarum Piarum in Civitate hac Metropolitana
Leopoliensi Fundationem concernunt: Nos eosdem Clericos Regulares
Scholarum Piarum singulari nostra pastorali benevolentia ex animo
complectentes, atq; Adm Rndi Pris Antonii Konarski à B. Cunegunde
Provincialis Polonæ Provinciæ, suo eiusq; Provinciæ nomine humillime
porrectis precibus inclinati, Jidem è parte quoque nostra prouti
Loci Ordinarii immediata Auctoritate ad eundem finem fundationis
opus Divina, Fundatoris, sive benefactorum consequendum, in erigendo
Nobilium Collegio instar Nazareni, in Alma Urbe, consensum
hunc nostrum, prater jam à nobis datum, ac originali supra me-
morati Brevis Apostolici Aõ 1750. 9 24. maji dato inscriptum
manuq; nostra subscriptum, Paternè, libenterque damus, et perpe-
tuumq; semperq; valiturum his præsentibus esse volumus: Instru-
mentumque præsens manu nostra subscribimus, ac sigillo nostro
Ordinario communiri mandamus. Datum Leopoli 9 7. maji 1756to
Nicolaus Ignatius Archi Episcopus. Locus Sigilli Archiepiscopalis.
Cujus ejusmodi Literas sic ut præmissum est, per oblatam porrectas nos
ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptas
parti postulanti Authentice extradi, dictas verò Literas Offerenti
restitui: de quibus receptis ubiq; restitutis Cancellariam
præsentem quietavit quietatq; præsentibus: / permisimus. Et
majori verò fide et firmitate Idem Offerens manu propria se his
in actis subscripsit. Stanislaus Konarski Sch. Pius. explis mp Jnquæ
fidem Ex
Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Privilegii super Officium Commissarii Regii nobili
Bastiano Hemeling collati.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni Can-
cellariæ nostræ minoris Literas Originales papyreas manu
nostra Regia subscriptas et Sigillo minori Regni communitas.

Privi:

Privilegium super Officium Commissoriatus Nostri Nbli Bastiano Hemeling Serviens in se Continentes, sanis salvus et illæsas omnig' suspicionis nota carentes tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæ necnon Hæreditarius, Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis Quemadmodum ad majorem Domûs et totius Aulæ nostræ Regiæ commoditatem inter alios Commissarios Nostros, etiam Viros in tractandis negotiationibus, exercendisq' variis mercimoniis probatos, ac de Nobis prompto studio mereri contendentes, nostris admovere obsequiis consueverimus, Ita Nobilis Bastiani Hemeling singularem in obeundis negotiationibus, tractandisq' et conquirendis mercimoniis commendatam habentes dexteritatem et experientiam, Eundem in numerum realium et actualium Aulæ nostræ Commissariorum assumendum esse duximus, prout quidem hisce Literis nostris assumimus. Dantes et concedentes Ipsi plenariam facultatem omnimodamq' potestatem omnibus Juribûs, Prærogativis, Libertatibus et immunitatibus quibus cæteri reales et actuales Commissarii nostri fruuntur et gaudent, liberè fruendi et gaudendi ad extrema vitæ usque tempora. Quod omnibus quorum interest, præsertim verò Officis ac Judiciis Maritimalis Regni ac Magni Ducatus Lithvaniæ, cæterisq' Aulæ Nostræ Officialibus notum esse volentes mandamus quatenus præfatum Nobilem Bastiani Hemeling absque vero, reali et actuali Commissario nostro habeant, nominent, et agnoscant, eundemq' circa omnes Libertates Jura, Prærogativas et immunitates de lege et usu antiquo Commissariis nostris concernent et Ipsi conservent et ab aliis conservari curent pro Gratia nostra Regia. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die VI. mensis Augusti Anno Domini MDCCLIX. Regni verò Nostri XXVI. Anno. Officium Commissarii Regii Nobili Bastiano Hemeling confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni Antonius Sillorelli Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas originales suprascriptas sicut premissum per Oblatam porrectas, nos ad acta præsentia sumpsi, inscribi et ex ijsdem fideliter descripsi, Partiq postulanti Authenticè extradi; Originale verò rursus offerenti restitui permisimus. In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertia post
Dominicam Jubilate proximâ

Die scilicet Decimaquartâ mensis Aprilis
Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Primô Regni verò nostri Anno
XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni Pro Cancellarii
ut supra.

Cedunt Gnosi Theodorus Szydłowski Vexillifer Terræ Vicecapitaneus et Judex Castren. Varsavien. et Theresia de Wrbna Wslie Conjuges. de Capitaneatu Radomscensi, Officii Henrico Comiti Brühl Fili Artilleriæ Rmi et Mariæ Annæ Comitissæ de Kollowrath. Conjugibus.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris comparentes personaliter Generosi Theodorus Szydłowski Vexillifer Terræ Vicecapitaneus et Judex Castren. Varsavien. Capitaneatus Radomscen. et Theresia de Wrbna Wslie Conjuges Maritus quidem per se, Consors verò in assistentia Ejusdem mariti sui uti Tutoris Conjugalis agen., sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Fortis et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Rmæ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando palam liberè ac benevolè recognoverunt. præsentibusq; recognoscunt: Quia Ipsi inhærendo Literis Consensus nostri Regii de Data illius Varsaviæ Die vigesima mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo nono sibi Recognoscentibus ad cedendum de Capitaneatu Radomscensi in Palatinatu Siradiæ sito, per Nos benignè concessis, manu nostra Regia subscriptis et Sigillo minori Regni communitis, ad præsens in suo Originali illato exhibitis Tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciique Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis nris, quorum interest universis et singulis, Consensisse Nos et permisisse, consentireq; et permittere præsentibus Literis nostris, Generosis Theodoro Szydłowski Vexillifero Terræ Vicecapitaneo et Judici Castrensi Varsaviensi Capitaneo Nostro Radomscensi et Theresiæ de Wrbna Wslie Conjugibus ut possint et valeant de Capitaneatu Radomscensi cum adhærentiis in Palatinatu Siradiæ sito et jacente Eisdem nuper a Nobis benigniter collato Jureq; suo omni ac integro advitalitio Jisdem ad eundem Capita-

pitaneatum serviente et competenti cedere, illudq' in Personas Magnificorum Henrici Comitis Brühl et Mariæ Annæ de Kollobrath Conjugum, plenarie transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio Jurisq' Transfusio posteaquam coram Actis Authenticis quibusvis Regni facta et recognita fuerit Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quæ prævio hocce Consensu nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis Jurisq' transfusionis ac præsen' Consensûs Nostri profati Magnifici Comites Brühlovie Conjuges prædictum Capitaneatum Radomscensem cum Oppido Radomsko ac Suburbiis ejus, Villisq' Bogwidzowy, Stobiecko mieyskie, Radziechowice, Dobrzyzyce, Uszczonowice, medietate Villæ Wrzeworowa Niechcice, Dąbrowka et Stanki, earundemq' Prædiis, molendinis, Tabernis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, Rubetis, Stagnis, Piscinis, fluviis, fluminibus, Lacubus, Braxatoriis, Emethonibus, Subditis, eorumq' diurnis laboribus, Censibus, Dationibus, cunctisq' ejusdem Capitaneatûs proventibus commodis et emolumentis, attinentiis et pertinentiis, prout antiqui et immediati Possessores eundem Capitaneatum tenebant, habebant et possidebant tenereq' et possidere debebant, Ipsi quoq' Magnifici Henricus Comes Brühl et Anna de Kollowrath conjuges, ad extrema vitæ sua tempora tenebunt, habebunt et possidebunt. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse nos, Serenissimosque Successores Nostros ab usu et pacifica possessione supradicti Capitaneatus Radomscen' cum attinentiis memoratos Mcios Henricum Comitem Brühl et Annam de Kollowrat conjuges amoturos aut alienaturos neq' amovendi aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitium Eisdem conservaturos. Quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Cujus Advitalitatis solitam proventurum quartam partem ad Thesaurum Regni statis temporibus quotannis inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Eademq' Romana Catholica salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XX Mensis Junii Anno Domini MDCCLIX. Regni vero Nostri XXVI. Anno. Consensus cedendi de Capitaneatu Radomscensi in Palatinatu Siradiæ sito in Personas Mcorum Henrici Comitis Brühl et Mariæ Annæ Comitissæ de Kollowrat Conjugum Jnris Theodoro Zydowski Vexillifero Terræ, Vicecapitaneo et Judici Castrensi Varsaviensi Capitaneo Radomscen' et Theresiæ de Withowskie Conjugibus datur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Antonius Sikorski Actuarius et Sigilli Rⁱ Secretarius. mpp. Cancellariatu Illmi Excellmi et Rmi Dⁿⁱ

Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki, Decani Cathlis Cracz Abbatis Commendatarii Cervenen[sis] et Clare Tumbe Prolancellarii Regni Sigillatum: Jam exnunc et defacto de omni et integro Jure suo advitalitio, quod, quale et quantum ubi Recognoscentibus ad prafatum Capitaneatum Radomscensem in Palatinatu Siradie situm, vigore Privilegii et Jurium suorum servit et competit, ac hucusq[ue] serviebat et competebat, in Personas Magnificorum Henrici Comitis in Owieszyno Brühl Generalis Artillerie Regni et Marie Anne Comitisse de Kallowrath Conjugum, ceperunt abscesserunt et condescenderunt, prout presentis cessionaria Inscriptio: onis virtute tam de prafacta advitalitate, Privilegio ac Juribus suis quàm de eodem Capitaneatu Radomscensi cum Oppido Radomsko ac Suburbiis ejus, Villis superius mentionatis videlicet Bogwidzowy sto: biecho Mieydzie, Radziechowice, Dobrzyszyce, Uszkonowice, medietate Villa Wieniorowa, Niechcice, Dabrowka, et Steplu; earundemq[ue] prædiis molendinis, Tabernis, Agris, pratis, Campis, Sylvis nemoribus, ruberis, Stagnis piscinis, fluviis, fluminibus, Lacubus, Braxatoriis, Cmethoni: bus, Subditis, eorumq[ue] diurnis laboribus Censibus dationibus cunctisq[ue] ejusdem Capitaneatus proventibus commodis et emolumentis, atti: nentiis et pertinentiis, nullis penitus exceptis, nec prorsus aut prorsus piàm alib reservatis, cedit, condescendit et plenarie adtenendum, ha: bendum fruendum, et possidendum resignant, omneq[ue] Jus suum advita: litium, possessionem et usum fructum in eosdem Magnificos Henricum Comitem in Owieszyno Brühl et Mariam Annam Comitissam de Kallowrath Conjuges transferunt, transfundunt et transportant. Intromissionem realem et actualem cum pacifica possessione per ministeriales Regni generalem et Nobiles duos quorsis faciliùs conducendos in prædictum Capitaneatum officiose acceptandam Ijsdem Magnificis Comitibus Brühlom dant, concedunt et libere admittunt, eandemq[ue] nec per se, nec per quasvis submissas et subordinatas Personas propediturosve aut impugnaturos imò libere admissuros se inscribunt et obligant. His vero personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus. Alias informa Inscriptionis Cessionaria de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Theodorus Sylvester Wgt. m.p. Teresa Seydlowska

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam sicut premissam factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta presentia suscipi, inscribi, et exijdem fideliter descripto Parti postulanti Authentice extradi permittimus. In quor[um] fidem &c. Actum ut supra.

Cedunt Iijdem Gnósi Theodorus Szydłowski Vexillifer Terræ Vicecapita-
neus et Judex Castren: Varsavien: et Theresia de Withowskie Conju-
ges de Advocatia in Oppido Radomsko sita, Magnificis Henrico
Comiti de Ocieszyno Brühl et Mariæ Annæ Comitissæ de Kollowrath
Conjugibus
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis præsen: Metricis Rni Cancellariæ nostræ
Minoris comparentes personaliter Generosi Theodorus Szydłowski Vexillifer
Terræ Vicecapitaneus et Judex Castren: Varsavien: et Theresia de Withowskie
Conjuges, Maritus quidem per se, Consors verò in assistentia ejusdem mariti
sui uti Autoris Conjugalis, agentes; sani mentibus et corporibus existentes
recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic ac-
tem Jurisdictioni nostræ Regiæ, quoad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando, palam liberè ac benevolè recognoverunt et
præsentibus recognoscunt. Quia Illi inhærendo Literis Consensus Nri Regii
de data illius Varsaviæ Die nona Mensis Aprilis Anno præsenti millesimo
Septingentesimo Sexagesimo primô sibi Recognoscentibus ad cedendum de
Advocatia in Oppido Radomsko sita, per Nos benigne concessis, manuque
Regia subscripto et Sigillo minori Regni communito, ad prævens in suo Ori-
ginali illaso exhibitis tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo-
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscii, Severiæ
Czerniechoviæq; necnon Hereditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis Nris quorum interest universis
et singulis Consensisse Nos et permisisse, consentireq; et permittere
præsentibus Literis Nris Gnóso Theodoro Szydłowski Vexillifero Terræ
Vicecapitaneo et Judici Castren: Varsavien: Capitaneo Nro Radomscen:
et Theresiæ de Withowskie Conjugibus ut possint et valeant de
omni et integro Jure suo advitalitio, quod Ipsis super Advocatiam
præm in Palatinatu Siradiæ Capitaneatu Radomscen: Oppidoq; Ra-
domsko sitam, servit et competit, cedere, illudq; in Personas Nobilium
Henrici Comitis Brühl et Mariæ Annæ Conjugum, plenarie transfer-
re et transfundere; Quæ quidem Cessio Juriumq; Transfusio postquam
coram Actis quibusvis Authenticis Regni facta et recognita fuerit, nos
eam ratam et gratam habituri sumus, uti eamque præsentibus hocce Con-
sensu nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis Juriumq; Transfusionis
ac præsentis Consensus Nostri dictam Advocatiam cum Villis ad
eandem pertinentibus, necnon omnibus Curiis, Ædificiis, Agris, pratis
Campis, Sylvis, Nemoribus, Stagnis, Piscinis, fluviis, fluminibus,
Molendinis, Tabernis, Braxatoriis, Subditis eorumq; diurnis laboribus

censibus, Dationibus, cunctisque ejusdem Advocatiæ commodis et emolu:
mentis, attinentiis et pertinentiis, nullis penitus exceptis, sed ita latè
longè et circumferentialiter prout ab antiquis et immediatis Possessoribus
tenebatur, prædicti quoq; Mfici Henricus Comes Brühl et Maria Anna
Conjuges, tenebunt, habebunt et possidebunt ad extrema vitæ tue tem:
pora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus
Nostris, non esse Nos Serenissimosq; Successores Nostros ab usu et pacifica
possessione dictæ Advocatiæ amoturos aut alienaturos, neque amo:
vendi aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et in:
tegrum Jus Advitalitium Ipsis conservaturos. Quod et Serenissimi Suc:
cessores Nostri præstabunt. Ratione cujus Advitalitatis Solitam quar:
tam partem proventuum stato tempore quotannis ad Thesaurum Rnī
inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiaque
Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes
manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Varsaviæ Die IX. Mensis Aprilis Annô Domini MDCCLXI.
Regni vero Nostri XXVIII. Anno. Consensus cedendi de Advocatia in
oppido Radomsko sita Gnôzis Theodoro Szydłowski Vicecapitaneo
et Judici Castrensi Varsavien, Capitaneo Radomscen et Thereſiæ
de Withowskie Conjugibus, in Personas Mficorum Henrici Comitis
de Ouieszyno Brühl et Mariæ Annæ Comitissæ de Kollowrath
Conjugum datur. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni
Antonius Sikorski Secretarius mp. Visa per Regestrum
riatu Illmi Excellmi et Rmi Dni Michaelis Comitis de Granow
Urodzicki Episcopi Premislien, Abbatis Commendatarii Cerven et Clara
Cumbæ Prolancellarii Regni Sigillatum: jam exnunc et de facto
de omni et integro Jure sub advitalitio quod, quale et quantum ubi
Recognoscentibus ad præfatam Advocatiam in Oppido Radomsko sitam
vigore Privilegii et Juriam eorum servit et competit, ac hucusque
serviebat et competebat, in Personas Magnificorum Henrici Comitis
de Ouieszyno Brühl et Mariæ Annæ Comitissæ de Kollowrath Conju:
gum cesserunt absceperunt et condescenderunt, prout præsentis
Assionariæ Inscriptionis virtute tam de præfata Advitalitate
Privilegio ac Juribus eius, quàm de eadem Advocatia, ipsiusq; Dep:
ciis, prædiis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, Stagnis, pisci:
fluviis, fluminibus, molendinis, Tabernis, Braxatoriis, Subditis eorum
diversis, laboribus, Censibus, dationibus, cunctisque ejusdem Advocatiæ
commodis et emolumentis, attinentiis et pertinentiis generaliter
universis, nullis penitus exceptis, nec pro se aut progeniam abso:
servatis, cedunt, condescendunt et plenariè ad tenendum, habendum
fruendum et possidendum resignant, omneq; Jus suum Advitalitium

pos:es:

possessionem et usumfructum in eosdem Magnificos Henricum Comitem Brühl et Mariam Annam Comitissam de Kolbvrath Conjuges transferunt transfundunt et transportant, Intromissionem realem et actualem cum pacifica possessione per Ministeriales quemvis generalem et nobiles duos quovis faciliùs conducendos in prædictam Advocatiam officiosè acceptandam eisdem Magnificis Comitibus Brühlom Cessionariis suis dant, concedunt, et liberè demittunt, eandem nec per se, nec per quavis submissas et subordinatas Personas prapedituros, aut impugnaturos, imo liberè admissuros se inscribunt et obligant. His suis personalibus Recognitionibus admissa mediantibus. Aliàs in forma Inscriptionis Cessionariæ de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis se subscripserunt. =

Theodorus Szydłowski Vexillifer [illegible] J.C.V. Teresa Szydłowska

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam sicut præmissam factam et recognitam nostramam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam parti postulanti Authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum Varsaviæ ut supra.

Cedunt Idem Grózi Theodorus Szydłowski Vexillifer Terræ Vicecapitaneus et Judex Castren. Varsavien. et Theresia de Withowskie Conjuges de villis Dąbrowka et Stęplin in Palatinatu Liradien. sitis Eisdem Mgnicis Comitibus Brühlom. Conjugibus.

Augustus Bertius &c:

Significamus &c: Quòd coram Actis præsentibus Metrices Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes personaliter Grózi Theodorus Szydłowski Vexillifer Terræ, Vicecapitaneus et Judex Castren. Varsavien. et Theresia de Withowskie Conjuges, maritus quidem per se Consors verò in assistentia ejusdem mariti sui ut Tutoris Conjugalis agentes, sani mentibus et corporibus existentes recedendo, à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibus in propriis, huic autem Jurisdictioni Aulæ Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia pro inhærendo Literis Consensus Nri Regii De Data illius Varsaviæ 3 Die nonâ mensis Aprilis Annô currenti 1761mô sibi Recognoscentibus ad cedendum de villis Dąbrowka et Stęplin in Palatinatu Liradiensitis

per nos benigne concessis, manu nostra Regia subscriptis et Sigillo minori Regni communitis, ad praesens in suo Originali illaso exhibitis tenoris sequentis = Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciique, Severiae, Czerniechoviae necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis. Consensisse nos et permisisse, consentireq' et permittere praesentibus Literis nostris Generosis Theodoro Szydłowski Vexillifero Terrae Vicecapitaneo et Judici Castrensi Varsavien' atq' Theresiae de Mirkowskie Conjugibus ut possint et valeant de omni et integro Jure suo adv: talitio quod Ipsis super Villas Nostras Dąbrowka et Steplii dictas in Palatinatu Siradiensi sitas et jacentes servit et competit cedere, illudq' in Personas Magnificorum Henrici Comitis Brühl et Mariae Annae Conjugum plenarie transferre et transfundere. Quaquidem Cessio Juriq' transfusio postequam coram cuiusquibusvis Authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri simus, uti' eam qua praevio hocce Consensu Nro perageretur. Vigore cujus Cessionis Juriq' Transfusionis ac praesentis Consensus Nri praedictas Villas Dąbrowka et Steplii, cum omnibus Curiis, Praediis, aedificiis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, Lacubus, fluviis, fluminibus, stagnis, piscinis, Molendinis, Braxatoriis Tabernis, Subditis, eorumq' diurnis laboribus, dationibus, commodis et emolumentis cunctis denique attinentiis et pertinentiis nullis penitus exceptis, sed ita late, longe, et circumferentialiter prout ab antiquis et immediatis Possessoribus tenebantur, memorati Magci Henricus Comes Brühl et Maria Anna Conjuges, tenebunt, habebunt et possidebunt ad extrema vitae suae tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nris nongse nos Loca-rumve praefatos Magcos Comites Brühl amoturos aut alienaturos neq' amovendi et alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus adv: talitium Ipsis conservaturos, Quod et Serenissimi Successores Nri praestabunt. Rationemve cujus adv: talitatis solitam pro vectum quartam partem stato tempore quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicae Eccleq' Romano Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die IX. mensis Aprilis Anno Dni MDCCLXI. Regni vero Nri XXVIII. Anno. Consensus cedendi de Villis Dąbrowka et Steplii in Palatinatu Siradien' Illtis Fidelis Theodoro Szydłowski

vexilli

vexillifero Terræ, Vicecapitaneo et Judicii Castren^s Varsavien^s Capitaneo nec
Laodomicen^s et Theresiæ de Withowskie Conjugibus in Personas Mag^ci Comitis Hen-
rici Comitis Brühl et Mariæ Annæ de Kollowrath Conjugum dator. Augustus
Rex Locus Sigilli minoris Reñ. Antonius Schorzki Secretarius mp. Prolancellariatu Illmi Excellmi et Rmi Dñi Micha-
elis Comitis de Granow Wodzicki Episcopi Premislien^s Abbatis Commenda-
tarii Cerven^s et Claræ Tumbæ Prolancellarii Regni Sigillatum. jam ex=
nunc et defacto de omni et integro Jure suo quod, quale et quantum sibi Reco-
gnoscentibus ad prænominatas Villas Dabrowka et Steplu in Palatinatu Si-
radiensi sitas vigore Privilegii et Jurium suorum servit et competit ac
hucusque serbiebat et competebat, in Personas Magnificorum Henrici
Comitis de Ouieszyno Brühl et Mariæ Annæ Comitissæ de Kollowrath
Conjugum cesserunt, absceserunt et condescenderunt, prout præsentis
Cessionariæ Inscriptionis virtute, tam de præfata Advitalitate et Juribus
suis, quam de ijdem villis Dabrowka et Steplu, cum omnibus earunden-
suis, prædiis, ædificiis, agris, pratis, campis, Sylvis, horris, gajis, memo-
ribus, lacubus, fluviis, fluminibus, staynis, piscinis, molendinis, Bra-
xatoriis Tabernis, Libditis, eorumq^ diurnis laboribus, dationibus, com-
modis et emolumentis, cunctisq^ denique attinentiis et pertinentiis
nullis penitus exceptis nec pro se aut pro quopiam alio reservatis
cedunt, condescendunt et plenarie ad tenendum, habendum, prænen-
dum et possidendum resignant, omnemq^ jus suum advitalitium
possessionem et usumfructum in eosdem Magcos Henricum Comiten
de Ouieszyno Brühl et Mariam Annam Comitissam de Kollowrath
Conjuges transferunt, transfundunt et transportant. Intromissionem
realem et actualem cum pacifica possessione per ministerialem quem-
vis generalem et Nobiles duos quos vis facilius conducendos in præd:
tas Villas Dabrowka et Steplu officiose acceptandam expeditis Ma-
gnificis Henrico Comiti de Ouieszyno Brühl et Mariæ Annæ Comitissæ
de Kollowrath Conjugibus suis Cessionariis, dant, concedunt et libere
admittunt, dataq^ et admissam nec per se nec per quas vis subrogatas
et subordinatas Personas præpedituros aut impugnaturos, imo libere
admissuros se inscribunt et obligant. His suis personalibus Reco-
gnitionibus ad præmissa mediantibus. Aliàs in forma Inscripti-
onis Cessionariæ de jure plenissima, firmissima et perfectissima.
Pro majori verò firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Theodor Szyldowski ℓ. Teresa Szydłowska

Quam quidem Inscriptionem Cessionariam sicut præmissum factam et
recognitam pro firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad Acta
præsentia suscipi inscribi, et ex ijdem fideliter describiam Parti postu-
lanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actis ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Dominicam Cantate proximâ Die videlicet Vigesimaprimâ mensis Aprilis Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo. Regni verò Nri XXVIII. Anno.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dñi Epp̃i Premyslien. Pro Cancellarii Rni cujus supra.

Oblata Privilegii super Pensionem bis mille Thalerorum post fata Jnôsæ Theodoræ de Julczynslie Thioli Viduæ vacant. Jnosis Ferdinando Ludovico de Saul et Margarethæ Henriettæ natæ Baronissæ de Fritsch Conjugibus data.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Literas papyreas Originales infrascriptas Manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo Regni communitas sanas, salvas, et illæsas, omnig̃ prorsus suspicionis nota carentes tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæq̃ necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis: Quia Nos Jnôri Ferdinandi Ludovici de Saul Consiliarii Nostri Legationum Intimi eximia illa merita, quæ in negotiis sibi concreditis, indefesso studio, ac singulari dexteritate et prudentia, per longam annorum seriem tractantis, in nos et Domum Nostram Regiam sibi acquisivit, Gratiâ et munificentia nra Regiâ dignum illum omnino reddunt. Dum itaq̃ hâcce jam tertiandi occasio opportuna, per obitum Jnôsæ Theodoræ de Julczynslie Thioli Viduæ, sese offerat desideriis, præfati Jnôri Ferdinandi Ludovici de Saul decenter nobis expositis annuentes: id faciendum esse duximus, ut Ipsi ac Jnôsæ Margarethæ Henriettæ natæ Baronissæ de Fritsch Consorti Ejus legitimæ Pensionem bis mille Thalerorum post fata dictæ Jnôsæ Theodoræ de Julczynslie Thioli Viduæ vacantem ex Proventibus Posturum Nostrarum Gedanensium in Prussia s. q. juxta Rescriptum Nostrum Regium Varsaviæ, die decima quinta Mensis Novembris Anni Millesimi Septin:

Septingentesimi Trigesimi Quinti datum, per vitæ nostræ tempora fruebatur, daremus et conferremus, prout quidem de plenitudine potestatis nostræ Regiæ, hanc de pensionem Annuam bis mille Thalerorum, sive Sexaginta Florenorum Moneta in Terris nostris Prussiæ currentis, ad extrema vitæ Eorundem Conjugum amborum tempora damus. et conferimus; Quocirca Generoso Administratori, seu Magistro Generali Postarum nostrarum per Prussiam, Samogitiam, Curlandiam, et Livoniam nunc et pro futuro tempore existenti mandamus, quatenus à die obitus prosatæ Jnoræ de Julczynskie Thioli Viduæ quingentos Thaleros, quos Ipsi Viduæ mortuæ vigore prædallegati Restripti nostri, singulo Trimestri persolvebat exnunc et in posterum Jnóri Ferdinando Ludovico de Saul Consiliario nostro Legationum Intimo et Margarethæ Henriettæ natæ Baronissæ de Fritsch Conjugibus legitimis vel eorum legitimo Procuratori, pariter singulo Trimestri ex Reditibus Portarum Gedanensium ad extrema vitæ Eorum tempora realiter et in effectu persolvat et persolvi faciat, pro Gratia nostra Regia et Officii sui debito. In quorum Fidem præsentes, manu nostra subscriptas. Sigillo Regni communiri jussimus. Datt Varsaviæ Die 1v. mensis Aprilis Anno Domini MDCCLXI. Regni verò nostri XXVIII. Anno. Pensio bis Mille Thalerorum post fatæ Jnóræ Theodoræ de Julczynskie Thioli Viduæ vacans, Jnóri Ferdinando Ludovico de Saul Consiliario Legationum Intimo et Margarethæ Henriettæ nata Baronissæ de Fritsch Conjugibus legitimis, è Reditibus Portarum Gedanensium datur. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni. Antonius Siborski Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas sic ut præmissum per Oblatum porrectus, nos ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter de verbo ad verbum describtas, parti postulanti authenticè extradi, Originale verò Offerenti rursus restitui permisimus. In quorum Fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Sextâ ante Dominicam Rogationum proximâ Die videlicet vigesimâ Quartâ mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo. Regni verò nostri XXVIII. Annô.

Ad Relationem Illustrissimi Excellentissimi et Rmi Dni Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Episcopi Premysliens. Abbatis Commendatarii Ercven et Cancellarii Regni Procancellarii Regni.

Inscribit Summam m. 90. Florenorum Polon.ae Magnificus
Wessel Supremus Reg.ni Thesaurarius, Jnõso Josepho Przebendowski
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus metrices Regni Cancella-
riae Nostrae Minoris comparens personaliter Magnificus Theodorus Wessel
Supremus Regni Thesaurarius, sanus mente et corpore existens, rece-
dendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quò ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevole recogno-
vit et praesentibus recognoscit. Quia Ipse Generoso Josepho Przebendowski
Vexillifero Palatinatus Pomeraniae Ejusq; legitimis Successoribus
tenetur ac debet sej et suis Successores teneri ac debere de et super Bonis
suis generaliter omnibus habitis et habendis Summam Nonaginta
Millium Florenorum Polonicalium currentis in Regno Monetae quon-
libet Florenum Triginta grossis polon.is computando, modo veri, justi
realis, liquidi, simplicisq; Debiti, unà cum provisione per sex à Centum
quotannis pendenda inter et pro Crastino Festi Sanctissimae et Individuae
Trinitatis in Anno Deodanteventuro Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Tertio, dare solvere, et circa Officium Altaq; Castrensia
Capitanealia Varsavien.s reponere et relinquere, repositamq; et relictam
rursus ab ejusdem Actis non esse dejubere, nec modo quovis arrestare
inscribit, obligat et asecurat. Idque sub vadio similis Summae nona-
ginta millium Florenor.m Polon.ae in casum contraventionis et non gra-
titae satisfactionis irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem Va-
dio reg ipsa primipata Judem Magnificus Recognoscens ex Jn:
stantia Suae Creditoris sui sive Juris Successorum Citatus existens
ad Officium ubiquinarium et signanter Castrense sive Judicium Terre-
stre Varsavien.s Recessu suprascripto mediante semper in primo
Juris Citationis Termino tanquam peremptorio, peremptorie illo coram
Officio sive Judicio Terrestri Varsavien.s stare, Juri, pare, respondere,
comparendoq; vadium praedictum succubitum solvere quo soluto
nihilominus Inscriptioni suae debitoriae in toto satisfacere, ac omne
Judicatum Officii seu Judicii illius de Jure non exequendo pati tenebitur,
absq; omni Dilatione, defensione, exceptione praescriptione protesta-
tione, Cessione, Evocatione, Motione, Appellatione earumq; modo quovis
sive per aditamen quavis prosecutione. Hac tam personali Recognitione
ac promissis mediante. Alias in forma Inscriptionis debitoriae de Jure firmis-
sima et perfectissima. Cujus pro majori firmitate manu propria subscripsit.

Teodor Wessel Cod.s Laboris Wielki Koronny

Quam ejusmodi Inscriptionem debitoriam sic ut praemittitur factam et recognitam
Nos Firmando ac de Jure valid.am fr utibatur juxta formam Juris &c. Actum &c.

Actum Varsavia Feria Quartâ pridie Festi Ascensionis in Cælum Christi Domini Die silicet Vigesima nona mensis Aprilis Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo Regni vero nostri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni Episcopi Premysliensis Prosancellarii Regni, ut supra

Manifestantur de invaliditate Activitatis in Comitiis præsent. Extraordinariis, Magnifici Nuntii Terrestres.

Augustus Tertius &c. Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Cri Cancellariæ Nostræ minoris comparentes personaliter Magnifici infrascripti ex Palatinatibus et Terris ad Comitia moderna Extraordinaria congregati Nuntii, ijdem Actis Manifestationem Polonico idiomate scriptam, et manibus suis propriis subscriptam tenoris sequentis = Do Akt metrykii Koronney przyszedłszy osobiście Jasnie Wielmożni na Sejm teraźnieyszy Dwuniedzielny Extraordynaryiny obrani Posłowie niżey podpisani, wyraziwszy naprzod podziękowanie Bogu, że przez szczególnieysze nad tym Królestwem swoiey Opatrzności względy, wolności y pokoiem ożywiaiące kray cały, życie y zdrowie Nayiaśnieyszego Augusta Przeciąg szczęśliwie nam panuiącego przedłużaiący, oddawszy potym w napełnionych wdzięcznością sercach powinne temu Nayiaśnieyszemu Panu podziękowanie, że ile z swoiey osoby chętnie wszystkie starania tyczy, dla szczęśliwości oddanego Rządom swoim Królestwa, kiedy y teraz złą zagraniczną monetą uderzone, y ku ostatniemu wyniszczeniu nachylone widząc, dla obmyślenia Ratunku Sejm Extraordynaryiny w zwykłey Intencyi swoich tamowności, lubo za zdaniem tylko niektórych na ów czas osób, złożyć raczył, wyraziwszy na koniec pozostałym w Domach Braci swoim uprzeymie dziękuie, że Jch z pomiędzy siebie wybrawszy, sprawowania Dzieła Oyczyzny powierzyć ufali, y z tąd rozważaiąc iakiey wagi, iakiey konsekwencyi obowiązki, że powołanie Braterskie na nich włożyło. Czułość względem Boga, którego oczach serca Jch zazdrości lub nieuwadze nie skażone, z wiernością względem Króla, do którego świątobliwych dla Dobra powszechnego intencyi tamuiące swoie usiłowania winni, z miłością względem Oyczyzny, dla którey wszystko swoie y samych siebie saborfilować obligowani, z wolnością względem każdego od wszelkiey Supicyi, żeby Jm albo podnięta szpetnego zysku, albo czyia impozycya, y iakiekolwiek prace Dobra publicznego Interes, dobrego manifestu był powodem, który iakoby nayuroczystszy zamorzą. Wiedzą o tym dobrze JJWW. Posłowie iż od Konstytucyi Roku 1576. która czas składania Sejmow Ordynaryinych co dwiele lat wyznaczyła, złożenie extraordynaryinych wpilney

y gwałtowney Rzeczypospolitey potrzebie, nieinaczey iak za Rada Panow Rad Oboyga Państwa, á mowiąc Prawpoźnieyszych słowy: praecedente Senatus Consilio w Rzeczy Nayiaśnieyszych Monarchow Polskich zástawiona, y ták zawsze Konstytucya czterema pozniey szemi powtorzona, zacząwszy od Zygmunta III. za wszystkich po Nim, y teraźnieyszego szczęśliwie nam panuiącego Nayiaśnieyszego Augusta III. dotąd nienaruszona zostata. Wiedzą dobrze z opisu Konstytucyi y widzianych zwyczaiow iaka Senatus Consiliorum forma y ułożona na Senatorow reddenda z nich ratio. Maią to wyraźnie w Juryi Posłowie w Instrukcyach swoich, aby całości Prawpostanowionych przestrzegali; y ziachawszy się do Warszawy skoro powzięli zupełnieyszą wiadomość, że złożenie tego extraordynaryinego Seymu nie uprzedziło Senatus Consilium, niepowinnibyli innej mieć myśli y zdania, iak tylko circa materiam tentionem Legis opponować się Zagaieniu Jego, y pierwszemu Starey Laski podnieśieniu, że iednak ciężkim na Rzeczpospolita praktykowanym Inkurs. syom rownaiąca się zagraniczna Moneta, byle całemu Narodowi przyniosła szkody, iż od naymożnieyszych do nayuboższych idąc nie znaydzie ktoby tą publiczną klęską dotknięty nie był, gotowi byli stawaiąc się do srzodkow y sposobow utrzymania Seymu z ubezpieczeniem exekucyi in futurum tegoż Prawa, y Jchmciom Panom Pieczętarzom ktorych muneris et instituti Prawem wyraźnym 1717mo circumscripti, aby vigili suffragio Panuiącym circa tuendas Leges byli, pilności zalecić urzędu swego. Lecz kiedy z iedney strony dokładnieysze explikacye blicowzięli zapewnienie że od nayblizszych osadzonego na Sprawiedliwości y Łaskawości Pana, Oboh, Patris et Belli Ministrom w ich władzach y Prerogatywach ubliżenia się dzieią, kiedy przy ustanowieniach Trybunalskich Sędziow, o zpychania dobrze obranych, lub utrzymanie nieobranych konieczne starowania, do tychże Osob żadney niechęci, a zatym od potrzebney w publicznych Interessach Konfidencyi y iednostaynego zdania oddalone umysły. Kiedy iż JJWW. Posłowie, zaszczytnych na Juryi Kontradyktorow poznali, iż wyrozumnych y nayleperszego Pana powtornych na Seymiki Uniwersałow zażyto, aby iak się w niektorych mieyscach działo, bez zachowania Prawa o Seymikach, mieć od siebie tylko wybrane na Poselstwa Osoby, przez co niespodziewaiący się tych Seymikow Ziemianie od Elekcyi Posłow, od wyrażenia w Instrukcyach zdań swoich oddaleni. Kiedy z drugiey strony iż JJWW. Posłowie zapatrzyli się super gravitatem materyi pro objecto teraźnieyszego Seymu wyznaczonej, y uznaiąc przez defekt wewnętrznego waloru w Dymkach Zagranicznych, do tak wielu Milionow szkodowania Rzeczypospolitey szkodę, ktora gdyby przez zamianę dobrych Dymkow za złe każdemu Obywatelowi ex Publico nadgrodzoną bydź miała, niemogą razem nie uznać, iż na sam fantzleber tylez Millionow expensy trzeba, ktorych że w Skarbie gotowych niema, ten pierwszy Punkt, obmyślenia fun-

duszu

Druzu iakowielorakie myslam podaie sposoby, tak nad kazdym druyey de-
liberacyi potrzebuie, z dobrey zawodnych skutkiem, kiedy w postro-
zuyach formowania y przyimowania nowych podatkow, Postowie mocy
pozwoloney nie maią. Drugi Punkt iakąbic monetę, czy według waloru
y wagi Srebra dawnemi Prawami opisaney, ad ligam Imperii exvi-
norum Principum, iakąwagę y walor natenczas Szacownie Państwa
w monecie miały, czyli iakąteraz dla wielkich na trwaiącą Woynę wy-
kładow w tychże Szacownych Państwach przez podleyszy Srebra gatu-
nek podniesiona, ktora ze po skończonej Woynie ad justum intrinse-
cum valorem przebiiać lub reducować będą, spodziewać się trzeba.
Co także deliberacyi potrzebuie. Trzeci Punkt naznaczenia
Kommissarzow y opisania Jm Regenty iak sobie we wszystkich oko-
licznościach postępować maią, małey importancyi nie iest. Czwarty
Punkt ieżeli bytby kto taki w Polszcze, ktoryby z Zagraniczną Mennicą
miał swoie Commercium, iak temu zabieżeć żeby tak niegodziwy
Handlarz nie brzydził Rzeczy pospolitey, y złych Tymfow ktorych
moyt by miec Milionami za swoie wydaiąc przez rożne przekupione
osoby w Mennicy nie odmieniał, co także do gruntownego zabie-
żenia należy. Piąty Punkt złe zagraniczne monety, ktoremi
po tyleroc zarażona była Rzeczpospolita, inaczey wygubione nie
byty, iak przez redukcyą ich, ustę zamknięcie granic, y wszyst-
kich handluiących surowe przy granicach rewizye że więcey
præsenti illata sunt Manifestationes, contra se Manifestantem et alios, cum summa circumscriptione Honoris, acsi invalidando Juramentum sui Manifestantis sub Tractu agitati Die 31. Martii Conventus Generalis Provinciæ Prussiæ Graudenti celebrati, observata omni Legis ejusdem Provinciæ solennitate, coram Gnoso Antonio Bagnicewski Judice Terrestri Culmen^o in Provincia Jurato, rite et legitimè expletum, ad normam Juris in Provincia practicatæ Consuetudinis nihil in quopiam Juri derogando nec minimè derivando, quia in ipsa inchoatione Conventus Generalis ante electionem Marschalci, introductionem Legati Regii ultimo ejusdem Provinciæ disponit, post subsecutos Recessus Manifestationibus per Incolas contra Comitiola particularia, factis, coram Actis Kovalevicensibus et Radzynensibus recognitis, Idem verò Magnifici et Gnosi Senatores et Dignitarii postposita, vilipensaq; lege, quæ nemini honorem derogare jubet, imo serio prohibet et cum injunctione pœnarum tam Personalium quàm crumenalium super talibus hæc agere audentibus contra eandem legem procedendo, non attenta Senatoria Dignitate sui Manifestantis tam Laicalis quàm Provinciæ super tuitionem Juris Juxta Personæ, vereq; et inquestionati Indigenatus Pranotationes et Genealogia Indigenatum elucidantes, et ad acta civilia Starostwien^o Palatinatus Pomeraniæ per Oblatam porrecta palpabiliter denotant. His non attentis nec observatis Idem Magci et Gnosi Senatores et Dignitarii aliiq; ad hæc exequenda consumpti, nullo habito Juris legitimo ad se Manifestantem prætextu, non nisi sumpto aliquo particulari odio, fomentatis aliis Incolis Jurisdictionem Capitaneales Autorum Starostwien^um ne administretur in Palatinatu Pomeraniæ justitia, impedire intendunt, licet si post subsecutum et expletum legitimè Juramentum, nulla contra id Juramentum subtractu ejusdem Conventus Generalis quopiam ex Incolis præsentibus præcedente, uti Requisitio coram Actis civilibus Graudentinensibus de Eisdem Manifestationibus non reperibilibus protunc constat; Manifestatione nullo extante Processu nec aliquo Contradicente, imo omnibus Incolis præsentibus id exoscentibus omnesq; solennitates ad id de lege requisitæ executæ, legitimus quàm Juramenta per Magcum Krzeczowski Palatinum, Czapski Succamerarium Culmen^o non attentis oppositionibus, Manifestationibus factis, et Contradictionibus per Incolas Provinciæ subsecutis, nec huc usq; acquietatis absentibus Constatibus Provinciæ expleta, in Acta Thorunii existentia per Secretarium Thorunen^o minus sollicitum Idem Magcus Palatinus Culmensis, inscribi ultroneè procuravit, Jurisdictionem suam Castren^o Kovalevien^o fundavit, ac Officium suum exe-

Palatinale ad disjudicandas Causas / non attenta eadem Manifestatione constituit, nunc verò rite per se Manifestantem distincta Rotha prestitum, Idem Officium Palatinus Culmensis et alii Manifestationibus suis tam ex personali Comparitione, quam nomine Principalis sui Idem Gnōsus Kowielski illicitè vitiando, impracticatis nec consuetis Terminis / licet ei absentes à Conventu Generali Provinciæ activitate carere debuerint / intaminatam Senatoriam Dignitatem exacerbarunt, Authoritatemq; Palatinalem per irrealia objecta circumscripserunt, per id metas Legum transgressi sunt, Quapropter Idem Officius Manifestans cernens se in honore injuriatum, conatusq; illicitos ad impediendam in eodem Palatinatu omnibus Gnōlis optatam Justitiam advertendo, quàm solennissimè contra eosdem re et manifestatur Offerendo se ratione premissorum Jure autorum fore. Salvo ejusdem manifestationis auctione aut in aliam formam transmutatione reservata sibi et procedita facultate. Quam pro majori fide et firmitate manu propria his in Actis subscripsit.

Paulus in Stromyck Mostowski Palak Pomer Capitaneus

Quam ejusmodi Manifestationem sicut premissum factam et porrectam Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi et exijdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho in Crastino Festi Sancti Stanislai Epp̄i et Martyris Die videlicet nona Mensis Maji Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo. Regni verò Nri Annō XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni Epp̄i Premysliens. Prolancellarii Rni.

Roborant certum Contractum Gnōsi Adamus Matachowski Juncior Rni ex una et Gnōsus a Hulewicz Kuszell Dapifer Podlachiæ partibus ex altera.

Augustus Pertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices

Kñi Cancellaria Nrie minoris comparentes personaliter Gnôsus Adamus Casimirus in Matachowice Matachowski Incisor Regni, Karaczkowien Przedborscien Z. Capitaneus ab una, et Generosus Michael a Hulidow Buszell Dapifer Palatinatus Podlachie uo et Gnôsa Theresia de Osolinskie Comortis uxor legitima / pro cujus ratihabitione pavem cavet et se in forma Juris plenissima inscribit / nomine, partibus ex altera agen, uni mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Nrie Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando, palam, libere ac benevole recognoverunt et quicq illorum uo pro interesse recognovit. Quia Ipsi Contractum certum intuitu Donationis curiola in Suburbio Varsaviensi Nalewki dicto sito et jacentis, inter se Recognoscentes hic Varsaviæ Die septimâ Mensis et Anni curren, conscriptum, manibus sui Recognoscentium subscriptum et sigillis gentilitiis in cera rubra hyspanica expressis munitum, Damnis Terrestribus firmatum, in omnibus ejusdem punctis, Clausulis, Articulis, conditionibus et ligamentis inibidem expressis approbarunt, confirmarunt, roborarunt, et ratificarunt, prout quidem per Presentem eo Actu hanc Comparitionem approbant, confirmant, roborant et ratificant, eidem Contractui in omnibus et singulis stare, parere et plenarie satisfacere se eisdem obligant. Idque sub Damnis Terrestribus simplici verbo absq Juramento corporali taxandis et edicendis in casu Contraventionis, per Partem contravenientem irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus re ipsa principali citati existentes coram Officio Castrensi Varsaviensi sive Judicio Mareschalcali Regni praecisis omnibus Dilationibus protelationibus et beneficiis Juris quibusvis, peremptorie respondebunt. Hac Cor personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis roboratoria de jure plenissima firmissima et perfectissima. Quam p majori firmitate manibz propriis subscripserunt.

Adamus Matachowski Incisor Regni

Michael de Hulidow Buszell Dapifer Palatinatus Podlachiæ

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissum facta et recogni: tam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad Acta presentia suscipi. inscribi et ex ijdem fideliter descripto Parti postulanti Authentice extradi jussimus. Quod fidem &c.

Donat Gnosus Michael à Hulidow Kuszel Dapifer Palatinatus Podlachiæ Curiam suam Gnoso Adamo Matachowski Inciori Regni.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis presentibus metrices Regni Cancellariæ Nræ minoris comparens personaliter Gnosus Michael à Hulidow Kuszell Dapifer Palatinatus Podlachiæ, suo et Gnosæ Theresiæ de Opolinskie Consortis suæ legitimæ &: pro cujus ratiha: tione infrascripta Juris plenissima pacem cavet &: nomine agens, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscis propriis, huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando palam, liberè ac benevole recognovit et presentibus recognovit, Quia Ipse Curiam suam propriam et hæreditariam quondam Praznobrzeziczowska nuncupatam, partim in Fundo Civitatis nove Varsaviæ, partim in Fundo Hospitalis S. Lazari, in Suburbio Varsavien Nalewki dict, sitt et jacent sibi Recognoscenti per Reverendum in Christo Patrem Antonium Aztrowski Episcopum Livonic et Pittinen coram Actis presentibus Feriâ Secunda infra Octavam Sacratissimi Corporis Christi Dñi. Die Decima Septima mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Quarto venditam et resignatam, jam exnunc et defacto Generoso Adamo à Matachowice Matachowski Inciori Regni Karaczkoviensi, Przedborscen &c Capitaneo, ipsius q' Successoribus, cum omni et integro ejusdem Curiæ, Jure Dominio, proprietate propinquitate, titulo hereditario, ac omnibus ejusdem Curiæ dotalitiis, Structuris muratis et ligneis, areis, hortis, adeundom Adriam ex antiquo spectantibus, omnibusq' attinentiis et pertinentiis, nihil prorsus Recognoscente suisq' Successoribus quidquam Juris et prætensionis, reservando seu modoquovis excipiendo, sed prout prætactam Curiam tenebat, habebat et possidebat, ac in suis metis et circumferentia extat et extenditur, dat donat confert, inscribit et resignat, pura, mera, vera et irrevocabili

Dona-

Donatione perpetuo ac in evum. Introniszationem in praetactum Curiam
praesentibus resignatam per Ministeriales quemvis et Nobiles duos
quorvis fatibus pro tempore conducendos Officiose acceptandam libere,
dat et defacto admittit, submittitq; se proterea Idem Gnōsus Recognoscens
ac de Bonis suis generaliter omnibus inscribit et asecurat suis cum
Successoribus, Eundem Generosum Adamum Matachowski Juniorem
Regni Donatarium suum sive Ejus Successores, ab omnibus generalibus
impedimentis Juridicis et extrajuridicis omnium et singularum per-
sonarum, propinquarum et remotarum, cujuscunq; status, sexus,
et conditionis cujusvis existentium, tum Inscriptionibus quibusvis
prioribus et posterioribus, debitis, vinculis et oneribus, si quae sint aut
fuerint, tueri, defendere, evincere, eliberare et intercedere, indemnem
semper ipsum et Ejus Successores, totiesquotiesq; opus et necesse fuerit,
indemnes reddere, /: Excepto Censu Terragio quem Gnōsus Donatarius
pendere et exsolvere tenebitur :/ Idque sub damnis Terrestribus, sim-
plici verbo absq; Juramento corporali taxandis et edicendis, in casu
alicujus exorti impedimenti, et non facta tuitionis et evictionis
adsolvendum irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem
Damnis Terrestribus Citatus existens, coram Officio Castrensi
Capitaneali Curiavien„ „sive Judicio Mareschalcali Ejusd„ peremptorie suis cum Successoribus
respondebit. Adversus quam praesentem Inscriptionem nulli sejdem
Recognoscens ejusq; Successores tuebitur Juris diffugiis, exceptionibus,
Appellationibus, earumq; Prosecutionibus, quibus omnibus benevole
abrenuntiat. Hac sua personali Recognitione ad promissa medi-
ante. Alias in forma Inscriptionis Donationis, Resignationis
Evictionis, Abrenuntiationis de Jure plenissima, firmissima et
perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se sub-
scripsit. Michael de Hulidow Russ. Dapifer Palatinatus Pe
dimbie Suo et Consortis suae nomine mp

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sic ut premissum facta
et recognitam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem
ad acta praesentia assumpsi, inserbi et ex ejusdem fideliter descriptam
parti postulanti authentice extradi permisimus. In quor Fidem &c. Datum.

Quietat Gnōsus Michael de Hulidow Buszel Gnōso Adamo
Matachowski de Summa 15. Florenos Polon pro pretio Curiae
provenien

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nrâ Minoris comparens personaliter Spectabilis Michael à Hulidow Kruszell Dapifer Palatinatus Podlachiae uno et Spectabilis Teresiae de Ozolin Zlicè Consortis suae nomine &c: pro cujus rati habitione pactum cavet: &c: agens, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nrâ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, libere ac benevolè recognovit et praesentibus recognoscit. Quòd Ipse Generosum Adamum Matachowski Inscriptionis Regni, Ejusq; legitimos Successores, jam exnunc et dejacto de Summa Quindecim millium Florenorum Polonicalium, pro pretio Curiae hic Varsaviae in Suburbio Nalewki dicto sitae et jacentis, hodierno subscriptae resignatae, constitutae proveniente, Contractuq; resignatorio de Data ejus hic Varsaviae die Septima mensis et Anni currentium inito et conscripto, hodierno sub actu roborato, adsolventium assecurata, tum de ipsomet Contractu, Contentis, Ligamentisq; ob praestitam sibi Recognitionem sufficientem satisfactionem realemq; ejusdem Summa Quindecim millium Florenorum Polonicalium persolutionem quietat, emittit et liberum absolutumq; facit et pronuntiat, suprafatum Contractum cum ejus Contentis, tollit, cassat, mortificat et annihilat perpetuo et in aevum. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Quietationis de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria subscripsit. Michael de Hulidow Kruszell Dapifer Palat: Podlachiae

Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut praemissum facta et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta praesentia suscipi, inscribi et ex iisdem fideliter describam Parti postulanti Authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c:

Constituit Plenipotentes Generosus Antonius Sikorski
Sup: Actis et Sigilli Regni Secretarius

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria:

cellaria nostra minoris comparens personaliter Generosus Antonius Siborzki
Noster et Sigilli Regni Secretarius sanus mente et corpore existens recedendo
à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Ju-
risdictioni nostre Regie, quo ad infra scripta recognoscenda attinet se subji-
iendo et incorporando, palam, libere, ac benevole recognovit et presentibus
recognosit. Quia Ipse Generosos Casimirum Trębocki, Antonium Zembiński
Subdelegatos Castrenses Cracovienses, Adalbertum Siwedyk, Joannem Nepo-
mucenum Herba Subdelegatos Biecenses, Antonium Wroblewski Neoco-
mienses, Paulum Jaiewski, Valentinum Jaworski, Sebastianum Cheiń-
ski, Florianum Soltykiewicz, Josephum Nikliewicz, Nicodemum Sepalo-
wski, Antonium Uminski, Stanislaum Olearski, in suos veros legiti-
mos ac indubitatos Plenipotentes eligit, constituit, inscribit, ac solem-
niter ordinat. Dans et concedens ipsis tam divisim quàm conjunctim
plenariam facultatem omnimodam absolutamq' potestatem Causas
suas Judiciarias generaliter omnes et singulas cum quibusvis Per-
sonis occasione cujusvis negotii in omni Judicio et Officio Regni majoris
sive minoris Libellii cujuscunq' Terre et Districtus etiam Tribuna-
lis Regni Petricovien' sive Lublinen' tam ex Actoratu quàm et reatu
habitas et habendas, institutas et instituendas, promovendi, defendendi
Jure tuendi, Comparitiones inscribendi, Decreta suscipiendi à contra-
riis et gravaminosis appellandi seu movendi, Appellationes et motiones
prosequendi, Juramenta auscultandi, penas Judiciarias levandi, dela-
tis quietandi, Intromissiones in Bona offerendi et apprehendendi
Executiones urgendi et attentandi, Arresta imponendi, cæteraq' pro
Causarum et Terminorum exigentia peragendi et exequendi. Idque
ad Triennium integrum ab actu presenti computando. Cavens
et promittens id totum quidquid per memoratos Plenipotentes
actum, gestum, constitutumq' fuerit, pro rato, grato, firmoq' et valido
se Recognoscentem et Successores suos suscepturos. Hac una pero-
nali Recognitione ac promissa mediante. Pro majori verò fir-
mitate manu propria se subscripsit. Antt Siborzki Sac R. Mtis
et Sigilli Regni Secretarius

Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut premissum factam et
recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem
ad Acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descriptas
Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quor fidem &c. Actum &c.

Actum Varsaviæ Feriâ Quarta post
Festa Solennia Sacri Pentecostes proximâ
Die scilicet Decimâ Tertiâ mensis Maji
Anno Domini Millesimo Septingentesi-
mo Sexagesimo Primô. Regni verò Nostri
Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni Epi
Premysliens Procancellarii Regni.

Roborant Contractum Resignatorium Magnifica Eva
de Leszczynskie Szembekowa ab una, et Gnôj Josephus
Mlochi Capitaneus Zakroczymen ~~de Leszczyn Szembek~~ parte
ab altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus metrices Regni
Cancellaria nostra Minoris, comparentes personaliter Magnifica
Eva de Leszczynskie olim Mfici Joannis Szembek Supremi Regni
Cancellarii Consors derelicta Vidua ab una et Generosus Josephus de
Mlochi Mlochi Zakroczymen, Serocen &c. Capitaneus ~~de Leszczyn Szembek~~
~~de Leszczyn Szembek~~ partibus ab altera, ~~Mlochi~~ ~~de Leszczyn Szembek~~
~~vidua relicta Generosi Josephi Mlochi Mlochi Capitanei~~
sanimentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, et Ju-
risdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni
nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjici-
endo et incorporando palam, libere, ac benevolè recognoverunt et
præsentibus recognoscunt. Quòd Ipsi Contractum certum Resigna-
torium hic Varsaviæ Die hodierna in actu contenta intuitu Re-
signationis Bonorum hæreditariorum Ruska Wies, Przysada
Bukowina, Potchowy, Utrata Stona cum Zuppa, et Sliwnica in Pala-
tinatu Russiæ Terra Sanocensi consistentium, „aliorq; in eodem contentorum,„ mutuo et abinvicem
inter se Recognoscentes initum et conscriptum, manibus sui Reco-
gnoscentium propriis subscriptum, Damnisq; Terrestribus firma-
tum in omnibus ejusdem Contractus Conditionibus, punctis, clausulis
articulis, nexibus, Foro et ligamentis approbarunt, confirmarunt
roborarunt et ratificarunt, prout quidem per præsentem ad acta
hac comparitionem, approbant, confirmant, roborant et ratificant
eidemq; Contractui tam in toto quàm in quavis minima parte

se cum

se cum suis Successoribus satisfacere submittunt praesentibusq; declarant
Dequè sub Damnis Terrestribus simplici verbo absque Juramento corporali
tangendis et edicendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus taliter ut
premissum est taxatis et dictis in casu alicujus contraventionis, Actore
existente Pars aliqua contraveniens, per Partem eundem Contractum in
toto tenentem et complentem seu Ejus Successores, coram Judicio Tri-
bunalis Regni Lublinen^{s}, remotis omnibus Juris dissugiis et exceptio-
nibus, suis cum Successoribus respondebit peremptoriè cum recep-
tis Eorum personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus
aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima et
perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis se
subscripserunt.

Ewa Szembekowa ChK
Joseph Albertus Chmp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut praemissum
factam et recognitam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes
eandem ad acta praesentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter de-
scriptam parti postulanti Authenticè extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum ut sup.

Donat Bona sua propria et hæreditaria Łuska Wies,
Przysada, Bukowina, Potchowy, Utrata, Stona cum Zuppa
et Sliwnica vocitata, in Palatinatu Ruthiæ, Terra Sanocensi
sita, Generosus Mlocki Zacrocimen^{s} &c. Capitaneus Mstice Ewa
Szembekowa Vidua.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ minoris comparens personaliter Generosus
Josephus de Mlocho Mlocki Zacrocimensis Serocen^{s} &c. Capitaneus
et Thenutia Regestrorum Lublinensium Medietatis Judicii Terre-
strialis Lublinensis Judex Assessorialis Subdelegatus Commissarius
&c. sanissimente et corporè existens, recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis huic eandem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attri-

net

se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevole recognovit
et presentibus recognoscit. Quia Ipse insistendo Contractui occasione
Resignationis Bonorum Hereditariorum Ruska Wies, Przyrada,
Bukowina, Potchowy, Utrata, Stona cum Zuppa et Sliwnica in Palati:
natu Russiæ, Terra Sanocensi sitorum et jacentium, hic Varsaviæ
Die hodierna in Actu contenta, inter se Recognoscentem ab una, et
Magnificam Evam de Leszczynskie dim Mici Joannis Szembek
Supremi Regni Cancellarii Consortem, derelictam Viduam, parte ab
altera conscripto, actis præsentibus roborato, jam exnunc et de:
facto Eidem Magnificæ Evæ de Leszczynskie Szembekowa Viduæ
Ipsiusq legitimis Successoribus, Bona eadem sua Superius mentio:
nata propria hæreditaria et obligatoria Ruska Wies Przyrada,
Bukowina, Potchowy, Utrata, Stona cum Zuppa et Sliwnica in Pa:
latinatu Russiæ, Terra Sanocensi sita et jacentia, cum omni et
integro eorundem Bonorum Jure, Dominio, proprietate, propinqui:
tate, Titulo Hæreditario, ac omnibus eorundem Bonorum et Villa:
rum utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, commodis et obven:
tionibus, Areis, Curiis, Ædificiis, Structuris quibuscvis tam Curialibus
quam Villanis, Hortis, pomariis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, Borris
gajis, nemoribus et Indaginibus, rubetis, apibus, apisteriis, Alvearijs
aquis, Stagnis, Lacubus, piscinis, piscinulis, Fluvijs, fluminibus ac
quarumvis aquarum decursibus, molendinis Aquaticis et ventosis
eorumque metretis, Molendinatoribus, Tabernis Tabernatoribus,
Braxatoriis Vasis æreis et ligneis, Subditis, Cmethonibus, Hortulanis
et Inquilinis, tam ad præsens in eisdem Bonis residentibus, quam
profugis, eorum uxoribus, pueris, pecoribus, pecudibus, datijs,
Decimis, Tributis, Vigilijs diurnis, et nocturnis, cunctaq obedientia
et Subditura Cmethonali per ipsos præstari solita, Inseminatio:
nibus omnibus, Inventarijs cornutis et incornutis in genere et
specie omnibus rebus mobilibus, necnon Jure Patronatus præsentan:
dorum Parochorum, omnibusq attinentijs et pertinentijs, antiquitus
ad eadem Bona spectantibus nullis penitus exceptis, sed ita late, longe,
circumferentialiterq prout in suis metis, granicebus, ac limitibus
extant et extenduntur, nihil pro se Recognoscente suisq Succes:
soribus quidquam Juris et prætensionis reservando seu modo quovis
excipiendo, dat, donat, confert, inscribit et resignat pura.
mera, vera et irrevocabili Donatione perpetuo ac in evum. Intro:
missione

Introm̃issionem in prætacta Bona præsentibus resignata per ministeriales Regni Generales et Nobiles Dnos quosvis fidelibus protempore conducendos officiose acceptandam liberè dat et defacto admittit. Pacem cum tuitione ac Evictione generali cavet et inscribit. Pdque sub damnis terrestribus simplici verbo absque Juramento corporali taxandis et edicendis in casu alicujus exorti impedimenti et non facte Tuitionis et evictionis ad solvendum irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem Damnis rege ipsa principali Citatis existentes memorati Generosi Recognoscentes ex instantia Magnifici Donatarii sue sive Ejus Successorum coram Tribunali Regni Lublinensi teneb[illegible]tur suis cum Successoribus Recepersecuprascripto mediante, semper in primo Juris Citationisq' termino tanquam peremptorio, peremptoriè stare, Juri parere, respondere, comparendoque Damna prædicta Terrestria succubita solvere, quibus solutis, nihilominus Inscriptioni suæ præsenti Donatoriæ in toto satisfacere, ac omne Judicatum De Jure non exequendo pati absque omni Dilatione, defensione exceptione, prascriptione, protestatione, evasione, evocatione, motione et appellatione, earumque modo quovis prosecutione. Hac vice personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Donatoriæ, Resignatoriæ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit. Joseph Albertus Comes

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam et Resignatoriam sic ut præmissum facbam et recognitam nostrum ac de Jure voldam haberi volentes eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra

Donat Palatium Cieciersbich et Fundum Duninowski dicto Mfica Szembekowa, Gnosio Mtodunen Capitaneo Lucrezinen

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris comparens personaliter Magnifica Eva de Leszczynskie olim Magnifici Joannis Szembek Supremi Regni Cancellarii Censoris relicta Vidua, sana mente et corpore

existens recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq
propriis huic autem Jurisdictioni nostra Regia quo ad infrascri:
ptarecognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam li:
bere ac benevole recognovit et presentibus recognouit. Quia Ipsa
vigore Contractus Resignatorii inter se Recognoscentem ab una,
et Jnósum Josephum Mtochi Sacroccimenen Serocensem &c. ca.
pitaneum „hic Variavia" parte „altera" Die hodierna in Actu contenta, initi
et conclusi, manibus propriis subscripti et Actis presentibus ro:
borati, jam exnunc et defacto prædicto Jnóco Josepho de Mtocho
Mtochi Sacroccimeni, Serocensi Capitaneo Palatium Cicciersli di:
ctum in longa Platea inter Palatium quondam Szolinskich ab una,
et Monasterium Religiosarum ac Dedicatarum Virginum Ordis Sti Bri:
gitte parte exaltera, situm et consistens, ac Fundum Duminowzki
vocitatum in Nova Civitate existentem, cum propria et hæreditaria
cum omnibus ædificiis, Structuris et Jurisdictionibus, ac integro
Jure suo, proprietate, propinquitate, Titulo Hæreditario, ac
omnibus ejusdem Palatii attinentiis et pertinentiis, usibus, fru:
ctibus, proventibus, obventionibus ac quibuscunq emolumentis, com:
modis, ad idem Palatium ac Fundum Duminowzki vocitatum exan:
tiquo spectantibus, ita late, longe, circumferentialiterq prout tam
hocce Palatium Cicciersli dictum quam Fundus Duminowzki nomi:
natus, extant et extenduntur, extareq et extendi debent, nihil ubi
Recognoscenti suisq Successoribus, quidquam Juris aut cujuscunq
prætensionis reservando seu modo quovis excipiendo, dat, donat, con:
fert, inscribit et resignat, pura, mera, vera et irrevocabili Donatione
perpetua ac in avum. Jntromissionemq Ipsi in prætactum Pala:
tium ac Fundum præsentibus resignato per ministerialem Regri
Generalem quemvis et Nobiles duos quosvis facilius pro tempore
conducendos Officiose acceptandam cum actuali et pacifica possessione
libere dat, defactoq admittit. Submittitq se præterea eadem Officia
Recognoscens ac de Bonis suis generaliter omnibus inscribit, eundem
Jnóum Donatarium suum et Jus Successores, ab omnibus impedi:
mentis Juridicis et extrajuridicis, acquibuscunq prætensionibus
omnium et singularum Personarum propinquarum et remotarum
cujuscunq Status, Sexus et conditionis existentium, tum Jnscripti:
onibus omnibus prioribus et posterioribus, debitis vinculis et oneribus

cuique

/si qua sint aut fuerint/ tueri, defendere, evincere, eliberare, et intercedere, indemneq; semper Ipsum et Eius Successores reddere. Itaque sub Damni Terrestribus simplici verbo absque juramento corporali taxandis et edicendis in casu alicujus exorti impedimenti et nonfactæ Auitionis et Evictionis irremissibiliter ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus taliter exinde succubitis citata existens prædicta Mtica Recognoscens coram Tribunali Regni Lublinen. remotis omnibus Juris diffugiis respondere tenebitur. Hac una personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias informa Donationis, Resignatiois et Evictionis de Jure plenissima, firmissima et effectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Eva Szembekowa KWK

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam et Resignatoriam sicut præmissum factam et recognitam Nosfirmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia sumpsi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptam parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Quietat Jnōrus Josephus Mlocki Capitaneus Zacroczimen. Magnificam Szembekowa Viduam de Summa 300000. Flor. Polon. pro pretio Bonor. Ruska Wies cum attinentiis &c.

Augustus Sertius Jc.

Significamus præsentibus &c. Quod coram Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparens personaliter Generosus Josephus Mlocki Zacroczimensis, Serocensisq; Capitaneus, sanus mente et corpore existens recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognovit et præsentibus recognovit. Quia Ipse Magnificam Evam de Leszczynskie Szembekowa olim Mfici Jounnis Szembek Supremi Regni Cancellarii Consortem, relictam Viduam, Ejusq; legitimos Successores, jam exnunc et defacto de Summa Trecentorum Millium Florenorum Polon. pro pretio Bonorum Ruska Wies cum attinentiis in Palatinatu Russiæ, Terra verò Sanocensi consistens, constituta, Contractuq;

Rexignatorio hic Varsavia Die hodierna in Actu expressa, inter se Reco-
gnoscentem ab una, atq' supradictam Magnificam Evam de Leszczyn:
skie Szembekowa parte ab altera inito et conscripto, manibus suis
subscripto, et Sigillis gentilitiis communito, Actisq' praesentibus robo:
rato, ad exolvendum determinata, tum de ipsomet eodem Contractu
Rexignatorio, quo ad eandem duntaxat Summam se referente
ejusq' contentis et ligamentis, ob praestitam sibi Recognoscenti
sufficientem Satisfactionem, quietat, emittit, liberam absolu:
tamque cum Successoribus ejus facit et pronuntiat. Supradictum
punctum Contractus quo ad eandem Summam Trecentorum Flo-
renorum Polon, nunc exolutam se referens, nihil sibi quidquam
Juris aut cujusvis pretensionis reservando seu modo quovis
excipiendo, tollit, cassat, mortificat et annihilat perpetuo ac in
erum. Hac sua personali Recognitione ad promissa mediante
Alias in forma Inscriptionis Quietatoriae de jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate
manu propria se subscripsit. Joseph Alb Dorbis Szembek

Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut pra-
missum factam et recognitam nos firmam ac de Jure
validam, haberi volentes, eandem ad acta praesentia susci-
inscribi, et ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviae ut supra.

Constituit Plenipotentem Mstia Szembekowa Vidua
Grosum Jasparum Kruszewski.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus metrices Regni
Cancellariae Nostrae Minoris comparens personaliter Magnifica
Eva de Leszczynskie olim Mstici Joannis Szembek Supremi Reg.
Cancel.

Cancellarii Consors, relicta Vidua, sana mente et corpore existens, recedendo
à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi-
ctioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo
et incorporando, palam, liberè ac benevole recognovit et præsentibus re-
cognoscit. Quia Ipsa in suum verum, legitimum et indubitatum Plenipoten-
tem Gnoium Gasparum Kruszewski eligit, constituit, inscribit et solemniter
ordinat. Dans et concedens eidem plenariam facultatem, omnimodam
potestatem nomine et favore suæ Mtis Principalis Constituentis
in Bona Ruska Wieś, Przyzada, Bukowina, Potchowy, Utrata
Stona cum Zuppa et Slivnica in Palatinatu Russiæ, Terra
Sanocensi sita et jacentia, per se Recognoscentem à Generoso
Josepho Mtochi Capitaneo Zacroczimensi vigore Donationis
coram actis præsentibus Die hodierna in actu specificata
ibi facta et recognita acquisita, Intromissionem accipiendi,
eademq' Bona cum omnibus attinentiis et pertinentiis in pos-
sessionem actualem Mtis suæ Principalis moderne Constitu-
entis recipiendi, Inventaria rerum mobilium cujuscunque
generis et speciei fuerint conscribendi, Controversias quas-
vis si quæ in ijsdem Bonis, ad capiendam pacificam posses-
sionem per quemcunq' opponerentur sopiendi et componendi.
Cæteraq' omnia quæ ad perfectè peragendum idem negotium
spectare et pertinere videbuntur, pro commodo et utilitate
suæ Constituentis agendi et exequendi. Cavens et promittens se
id totum quidquid per dictum Plenipotentem legitimè et juridice
actum, gestum constitutumq' fuerit, pro rato, grato et valido suscepturam. Hac una prænali Recognitione ad Omnia mediante. Pro majori vero
Eva Szembekowa KWK. firmitate manu propria se subscripsit.

Cuam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum factam et re-
cognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eam-
dem ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter de-
scriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c.

Oblata Confirmationis Fundationis Academiæ Zamoyscensis.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparens personaliter Vobis M. Clemens Łodziombiewicz S.æ Theologiæ Doctor et Professor, Canonicus Zamoyscensis obtulit ad Acticandum, Actisq; ijdem ingrossandum Literas pargameneas Confirmationem Fundationis Academiæ Zamoyscensis in se continend. manu Serenissimi Divæ memoriæ Joannis Casimiri Regis et Prædecessoris Nostri subscriptas, et Sigillo pensili majoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas et illæsas, omniq; suspicionis nota carentes tenoris sequentis = Joannes Casimirus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolensciæ (cernie. Chovi &q; necnon Svecorum, Gothorum, Vandalorq; Hæreditarius Rex. Notum facimus universis et singulis præsentis et futuri ævi hominibus horum notitiam habituris. Productas esse coram Nobis Literas papyreas ex Actis Castri Premysliend. sub Sigillo ejusdem deprompt.as, manu Spectabilis Matthiæ Stanislai Ustrzycki de Unichow Subjudicis Terræ Sanocensis et Vicecapitanei Premysliend. subscriptas, Fundationem Academiæ Zamoscensis in se continend. sanas, salvas, omnique suspicione carentes, Supplicatumq; Nobis, ut eâsdem de plenitudine Potestatis Nostræ, approbare, confirmare, et ratificare dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor sequitur ejusmodi. Actum in Castro Premysliend. Feriâ Quinta post Dominicam Oculi Quadragesimalem proximâ Annô Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo. Ad Officium Actaq; præsentia Castrensia Capitaneatia Premysliensia personaliter veniens Nobilis Joannes Samuel Brzezicki, obtulit eidem Officio præsenti et ad acticandum porrexit Literas pargameneas Confirmationis Serenissimi olim Divæ memoriæ Sigismundi Regis Poloniæ Fundationis certæ per Illrem et Mficum olim Joannem Zamoyski Supremum Cancellarium et Exercituum Regni Poloniæ Generalem, super Erectionem Academiæ in Civitate Zamoyscensi collatæ, manu ejusdem olim Sacræ Regiæ Mtis subscriptas et Sigillo in appensis funiculis communitas, ad cujus affectationem oblationemq; personalem, Officium præsens adhærendo Juri communi, easdem Literas Confirmationis Sæ Regiæ Majestatis, suscepit et

acris

Actis suis inscribere demandavit. Quorum tenor qui sequitur talis = Sigismun
dus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Ma
soviæ, Samogitiæ, Livoniæq' necnon Svecorum, Gothorum, Vandalorumq' Here
ditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest uni
versis et singulis. Detulisse ad Nos Illustrem et Magnificum Joannem Zamoysii
de Zamoscie Fundationem suæ Academiæ Zamoscensis, a se magno sumptu
conditæ, de communi sententia Reverendi Stanislai Gomolinski Episcopi Chel=
mensis, Nominati Luceorien^s ac Georgii Zamoysii Electi Abbatis Czerveni
et Nominati Episcopi Chelmensis, conscriptam, et ab ijsdem atq' a se sub=
scriptam et obsignatam in hanc Sententiam et his verbis quæ sequuntur
conceptam. Nos Stanislaus Gomolinski Dei gratiâ Episcopus Chelmen=
sis et Nominatus Luceoriensis. Universis et singulis quorum interest
hisce Nostris præsentibus significamus, testatumq' perpetuis ætatum
omnium temporibus esse volumus. Cum Illrmus et Magnicus Dnus
Joannes Zamoyski de Zamoscie Nobiscum egisset, ut quæ ad Acade=
miam Zamoscien^m, liberalitate suâ stabili censu instruendam pertine=
rent, ea communi Sententiâ constitueremus, literisq' mandaremus, sub=
scriptione manus Nostræ et Sigilli appensione communita, laudatissimi^m
negotium et ad maximum fructum totius Reipublicæ redundaturum,
quos magnopere approbavisse et quam à Nobis operam postulavisset, Vir ad
optime merendum de Patria sua natus, eam Nos præstitisse, est autem in
hæc verba Fundatio ejus Academiæ conscripta. In nomine Domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam. Joannes Zamoyski Regni Poloniæ
Supremus Cancellarius et Exercituum Generalis, Belzen^s, Mariaburgen^s
Derpaten^s, Knyszynen^s, Miedzyrecen^s, Grodecen^s, Javorovien^s q' &c. Capitaneus.
Universis et singulis quorum interest significo. Cum omnes homines,
primum quidem Principi Deo cunctarum rerum Clementissimo Procrea=
tori, sua omnia debeant, secundo verò loco ei Patriæ in qua progeniti lu=
cem aspexerunt, maximè sint obstricti, æquissimum esse, ut secundum
Religionem, cultumq' Divinum, pietatem quoque suam erga Patriam
omni grato animo declarent. Animadvertens igitur quam uberes fru=
ctus in Patriam universam ex instituta et rectis bonis artibus expolita
juventute redundent, cum ætas excipiat ætatem, et tales soleant esse
Respublicæ, cujusmodi sunt mores et institutio Civium, propterea in ci=
vitate mea Nova Zamoscie Academiam extrui. Quod quidem longè fru=
ctuosissimum propositum, ut ipse Successores q' mei perpetuo tenere
possint, dono huic eidem Academiæ, Jure perpetuitatis Villam dictam
Bukowina in Terra Premysliens^i et Districtu Prevorscensi consisten^s

Mille Florenorum proventus, Erudiendæ autem Juventutis hosce Doctores
esse volo, unum Juris Civilis, alterum Juris Polonici, tertium Philosophiæ,
& de vita et moribus ac re civili, Quartum Phisices & Medicinæ, Quintum
Logicæ et metaphisicæ, Sextum mathematicæ, Septimum Rethoricæ,
æquali Ducentorum Triginta florenorum Annuo in Singulos Stipen:
dio, Octavum Professorem Elementarium Philosophiæ ac Rhetoricæ,
humaniorumq; Literarum, Centum Quinquaginta Floren: nonum
Prosodiæ ac Syntaxis Centum Triginta Florenor: postremum Ana:
logiæ et Orthographiæ Centum Triginta florenorum Salario. Qui qui:
dem Artes et disciplinas ea ratione tradent. Inprimis Analogiæ
et Orthographiæ Præceptor, traditos sibi Syrunculos, alphabeto Polonico,
à Kochanovio composito hora nona instruet, postea Græcum et Latinè
proponet, maximèq; in id incumbet, ut à teneris annis rectè linguas
artes, earumque vim nosse, Syllabas vincire; accentum observare di:
scant, Simul faciliora vocabula rerum vulgarium, tam Græca quàm
Latina ex puris Authoribus decepta illis inurngat. Ita deinde instru:
ctis Latinam D. Augustini et Donati Grammaticam horâ Octavâ
leget, Declinationes et Conjugationes Græcas et Latinas, ac Græcas
primum Communi formâ et dialecto, deinde circumflexas et aliis
dialectis. & Græca Analogiæ præcepta ex Gaza et Lascare decerpta,
tum rerum graviorum Vocabula Græca et Latina eisdem tradet. Diebus
autem Festis Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Deca-
logum, Symbolorum Apostolorum Græcè et Latinè et mane et vespere
cum Puerili Cathechismo pro captu ipsorum exponet. Prosodiæ et Syntaxis
Magister hora nona ante meridiem utriusq; Linguæ Syntaxim, Sen-
tentias Ciceronis et Demosthenis insigniores tradet: Hora quarta pome-
ridiana, quæ mane illis proposita fuerint repetent, nomina verbaque
inflectent, Sententias et narratiunculas morales Græce et Latinè discent.
Horâ Octavâ ante meridiem Syntaxi eruditos Præcepta Prosodiæ Græce
et Latinè docebit, Epigrammata Græca ex Antologio, aliqua Latina, ex
Catullo et Martiale, et Comœdiam aliquam Terentii illis interpretabitur,
versus metientur, interrogatiq; legibus artis respondebunt. Hora 3tia
pomeridiana Syntaxi et Prosodiâ eodem modo exercebuntur Ciceronis
Epistolas faciliores et ex volumine Epistolarum Græcarum aliquas audient:
reliquum temporis repetitionibus argumentis componendis et curæ cor-
poris tribuent. Diebus Festis reliquum Catholici Catheismi inprimor:
diorum Philosophiæ et Artis dicendi Professor, figuras verborum et
Sententiarum, Progimnasmata Aphtonii et Rhetoricam ad Herennium,
hora Septima antemeridiana explicabit, eaq; exemplis Græcis, Latinis

Polonicis

Polonicis illustrabit. Horâ pomeridiana Secundâ Orationem pro Archia Poëta et pro L. Ligario, post Justini Historiam, ad res ut Græcorum et Macedonum Ciceronis Librum Academic., primum Argumenta Discipulis suis apta doctrinæ proponet, ut Stylum et Orationem juxta præscriptum Aphtonij exerceant. Mathematices Professor horâ decimâ antemeridiana Logisticem gemmæ Frisy, post Elementa Geometriæ Euclidis, alternis diebus Mellæ Cosmographiam docebit. Horâ prima pomeridianâ Pselli Arythmeticam et Musicam ac Procli Sphæram vel Sacroboscani, Arati Phænomena et Theoricas Planetarum Peurbachij, Caniculatibus diebus deambulando cum Nobili Juventute, metiendarum magnitudinum periculum faciet. Logices et Methaphisices Doctor Libros Logicæ Aristotelis alios manè, alios vespere explicabit: Extremum verò Helleborum Canicula vigente, Dialecticis Juventuti imbutæ Methaphisica, deinde Aristotelis et Parmenionis Platonis legat matutino tempore, pomeridiano Dialecticam Stoicorum aperiat, et Ciceronis Lucullum interpretetur. Diebus Festis Epitomen Confessionis Hasii. Philosophiæ naturalis et medicinæ Professor. Horâ Octava antemeridiem Descriptionis universæ Phisicæ Jacobi Carpentarii Libros, tam prioris quàm posterioris Partis interpretabitur, post vero Artem parvam Galleni, cum etiam Nobilis hominis intersit, corporis sui notitiam habere, Artisq Medicinæ summam ducere, Hora 4ta pomeridiana Librum secundum Ciceronis de natura Deorum, Eloquentiæ seu dicendi Doctor hora Septima antemeridiana, Aristotelis de Arte dicendi Libros et Hermogenis de Statibus doctrinam, post Ciceronis partitiones, Hermogenis Libros de Ideis dicendi et Dionisii Helicarnassei de verborum Compositione explicabit, Oratoremq ad Brutum adjunget. Hora pomeridiana Secunda Orationes Ciceronis et Demosthenis præcipuas interpretabitur, Ordinemq Scriptorum Historiæ Græcæ et Romanæ juxta seriem temporum Auditoribus ostendet, tum Herodoti & Thucididis, deinde Livij aliquos Libros, perpetuos perleget, et quid in Historia suo marte legenda Nobilitas observare debeat, docebit. Inprimis autem dabit operam, ut declamando et scribendo exerceantur. Caniculatibus Diebus Locum de Locis Lib: II Ciceronis de Oratore. Diebus Festis Sulpitij Severi Historiam explanabit. Jus verò Philosophiæ quæ de vita et moribus ac de re Civili tractat, Professor hora antemeridiana nona Aristotellis Libros ad Nicomachum de moribus Græcè et Latinè interpretabitur. His explicatis Oeconomica Xenophontis et postea Politica Aristotelis docebit, tum generatim Platonis de Legibus Libros tradet. Pomeridiana verò horâ Tertiâ Ciceronis Libros de Officiis explicabit, secundo loco Sententiam Ciceronis de Republica ex his quæ extant, apud variòs Authores Librorum jus de Republica reliquiis indicabit. Tum L. Ciceronis

Librum de petitione Consulatus ad M. Fratrem proponet. Deinceps selectas Epistolas Ciceronis ad Civilem Artem maximè pertinentes, de modo Consiliorum de nobilitatis excellentia, de administranda Provincia, adjunget, sub æstum Caniculæ, recreationis causâ Poeticam docebit, Itaque Aristotelis de re Poëtica Libros mane eadem horâ explanabit. Post meridiem verò per Annorum vices aliquas Pindari et Horatii graviores Odas, Homeri aliquem Librum et Virgilii, tum aliquam Tragœdiam Æschilis aut Sophoclis, aut Euripidis aut Senecæ interpretabitur. Juris Prudentiæ Doctor mane leget Institutiones Justiniani, deinde ea quæ Pandectis et Codice continentur breviter comprehendet, inde aliquos titulos perpetuos interpretabitur: post meridiem Jus Feudorum tractabit, in eoq; Juris Saxonici et Maydeburgensis, à quo fere id fluxit, origines demonstrabit, tum Jus Saxonum et Maydeburgense compendio perreguetur. Alter verò Institutiones Juris Polonici exhibebit, Leges Patrias quæ Statutis et Constitutionibus continentur, interpretabitur, ac Processus Judiciales formulasque Cancellarium docebit, ea quæ singulis Professoribus committuntur, ab ipsi uno Anno doceri non possunt, multo minus à Discipulis edisci. Quæ igitur uno Anno non possunt commodè perficere, deinceps persequantur Diebus Saturni quæ per sex priores dies didicerint, omnes omnium professionum et Artium Discipuli renovabunt, ac extremo cujusvis Mensis Saturni die, quæ per integrum Mensem extremo Anno examinabuntur et ingenii Specimina exhibebunt, Scripta sua tam Versu, quàm soluta Oratione proponent, disputabunt, declamabunt, Actionum Romanarum et Atticarum formam repræsentabunt, ac maxime Judiciorum Senatus, Contionum, Comitiorum, convenientesq; huic instituto veterum Orationes et contiones et contrarias quæ in veteribus Libris non extant à se conceptas, memoriter recitabunt, quotidie suis horis pietati operam dabunt et preces dicent. Cùm autem Bona prædicta Villæ Buhowina alijs Bonis meis vicina sint, et continua finibus eorum contenti erunt, Scholasticus et Capitulum Ecclesiæ Resurrectionis Domini et Testis ejus Divi Thomæ Apostoli memoriæ dicatæ, tanquam Directores ac Præsides, ac Rector et Professores Academiæ Zamoscensis, quos ipse termino vero, vel si mihi humanitus aliquid accidet, Tutores, Filii mei à me constituti et inscripti terminabunt.

De conferendis Sacerdotijs Professoribus ac Vicarijs in Fundatione Ecclesiæ ejusdem præscripsi. De jis verò Professoribus qui Vitam Sæcularem malent ita statuo: ut quemadmodum aliorum mihi Successoribusque meis deservientium, in assignandis dandisq; Advocatijs ratio haberi debet, ita etiam Professorum habeatur. Quod attinet ad controversias et crimina quæ acciderit patrari et moveri à Professoribus et Discipulis

pulis ejus Academiæ ita cognoscendum judicandumve Statuo; ut primum Profeßores de omnibus controversiis inter se, et cives Zamoscenses ac alios quorvis Scholasticos Ecclesiæ præfatæ Zamoscensis judicentur, adhibitis in consilium Prælatis et canonicis qui adeße poterunt; Discipuli à Rectore illorum judicabuntur, à quo appellandi Scholastici Jus erit: Si à Scholastico justitia obtineri non poterit, pro ratione controversiarum, nobiles ab illis quibus obligati erunt, vel damna dederint, ad Fora Nobilitatis competentia citabuntur. Plebeii Judicio legitimo Civili ad satisfaciendum compellentur. In Criminibus proseqüendis Fora in Jure communi Regni descripta observanda, et ordinaria Regni ratio tenenda est. De recentibus violentiis in civitate per Nobiles patratis, juxta Statuti dispositionem cum Officio Civili Officium Castrense Crasnostaviense cognoscet et judicabit. De Plebejorum verò facinoribus ac criminibus Magistratus Civilis, alias juxta dispositionem Juris Communis Regni, Scholasticus nunc quidem is erit quem ipse delegero, post eum delegetur, ratione præscripta in Fundatione Ecclesiæ supramemorata ex Profeßoribus Vir doctus, et emeritus, honestis præditus moribus et existimatione Theologo et Juris Canonici Doctori Stipendia Indus Dnus Nominatus Episcopus Chelmensis et Electus Abbas Czervenen.s Georgius Zamoyski justa stabiliag, quæ pietas ejus est constituet. Cujus promißi ipsius talis est ab eodem prodita descriptio: Georgius Zamoyski Nominatus Episcopus Chelmensis et Electus Abbas Czervenensis. Universis et singulis quorum interest significo Me secutum Illustrißimi Domini de me optimè meriti Joannis Zamoyski de Zamosc Supremi Regni Cancellarii et Exercituum Duris, pietatem in Patriam suam atque in Rempublicam universam, omnem daturum operam, ut certam eamque perpetuam duobus Doctoribus Pensionem, videlicet Theologo et Juris Canonici Doctori constituam, deq; ea Jure caveam. Qui quidem Doctores in Academia Zamoscensi, uterq; Profeßionem scientiæ, doctrinæq; ad quo poterunt accuratißimo studio obibunt: Cum altera harum que Theologiæ est, adfirmandam fidem Catholicam, hæreticosq; revincendos pertineat, altera quæ ad vitam et ordinem et Jurisdictionem, remq; omnem Ecclesiasticam et Spiritualem agendam, tractandam, administrandamq; spectent, contineat. Quod me facturum ese præsenti meo Scripto promitto et spondeo et manus meæ subscriptione ac sigilli appositione confirmo. Datum Zamoscij die V.a Mensis Julij. Anno Domini MDC°. Quod verò ad reliquos omnes Profeßores attinet, ex Bukovina Villa proventus salaria sua accipient. Qui quidem Proventus ei ad integram solutionem non poterunt sufficere, id ex arca mea depromam et exolvam, donec alia Bona comparabo et pro usu Academiæ adjungam. Quod si mihi prius aliquid humani contigeret Tutores Filii mei, ea ex reditibus Bonorum meorum quam primum comparabunt, Academiaq; inscribi curabunt, sub conditionibus

supradictis Bona Academia Scholasticus ex Sententia Capituli administra-
bit, Professoribus cum Rectore Stipendia Statis temporibus adnumerabit.
Curandum verò erit, idq; summa cura et studio Scholastico et Rectori Aca-
demiæ, ut diligenter Lingva Græca et Latina ac artes supras cræ doceantur,
Studiosi in Officio contineantur, modestiam tranquillitatem, pacem, concor-
diam, temperantiam, mores ad urbanitatem compositos, Musis deditorum
propria esse doceant, contraria longe ab illis abhorrere, fontem verò hau-
riendæ, comparandæq; Sapientiæ, timorem veneratione plenum omnia
tuentis et donantis Dei esse. Cum autem in omnes partes intersit,
Bona quæ supranominatim recensui donavisse me Jure perpetuo Aca-
demiæ Zamorcensi in Doctores et Magistros, ut firma Stabilitaq; sint,
cautum et sancitum esse volo, et caveo, Sanciogue, ut ne prafatorum Bo-
norum Buhowina et aliorum, quæ à me vel à Tutoribus adjungentur,
quidquam ex his Bonis Scholasticus et Capitulum ac Rector cum Acade-
mia ulla ratione, ullo colore, ab humani ingenii acie perfecto, aut peri-
culi, aut majoris emolumenti vicinitatis loci, necessitative spem cujus-
cunq; alienent, vendant, commutent, oppignorent, manuipent, ullave obliga-
tione obstringant, Successoresq; mei in eam rem Consensum et Episcopus
ne dent: et si quidquam contra atque cavi et sanxi, ausi fuerint atten-
tare, perinde habendum decerno, atque ea quæ nullo Jure facta et ob eam
rem irrita habentur, id quod omnibus Magistratibus, omnibusq; et singulis
Judicibus denuntio, eorvero quos penes rerum Spiritualium Secularium
summa potestas est, per Sacra omnia perq; Judicem humani ge-
neris Dominum Jesum cujus hæc omnia gloriæ dicavi, obtestor,
ut ne Cautionem hanc, Sanctumq; meum infringere tentantibus
suffragari, assentiri, Authoritatemq; suam addere velint, tueantur
potius et quidquid his Literis complexus sum, sartum tectum ve
conservent: Sin minus hæc mea obtestatio apud illos valuerit, voco
eos ad Summi Judicis Dei Tribunal. Hanc Donationem eo modo
constitutam Academiæ pro me, Successoribusque meis firmam perpetu-
oque ratam futuram promitto, sanctèq; spondeo, manu mea subscribo,
et Sigillum appono, Juribus meis Directi Dominii, ac Successorum meo-
rum salvis manentibus. Datum Zamorcij V. Julii MDC. Quod quidem
factum cum sit et Reipublicæ fructuosissimè, et priscæ pietatis Vi-
rorum laudatissimam Consuetudinem renovet, qui Nobis templa, qui
Academias, qui alia præclara reliquerunt, faciendum omnino putavi-
mus, ut subscriberemus ejusmodi Fundationi Academiæ, Deo Opti-
mo Maximo gratias agentes immortales, qui difficillimis et pene
extremis temporibus, cum vetus pietas relanguit et vana errorum
genera proseminata, radices agant, habeat suos, quorum studia

propa-

propagandæ pietatis suæ, excitandarum bonarum artium Catholico ritu morum instituendorum, Juventutisque erudiendæ laudabili cupiditate et sacrosancto amore succendat. Subscribb igitur et Authoritate Episcopali comprobo et sacro. sancte servanda perpetuo confirmo, Sigillumque meum appono. Zamosciæ Vº Julii M°D C°. Supplicatum deinde Nobis ab eodem est, ut Fundationem eam Authoritate Nostra Regia confirmaremus. Visa Nobis est res summa laude digna, et caritatis in rem publicam singularis, cujus maximum fundamentum est, rectè et ordine Juventus erudita, ad utrumque Reipublicæ tempus Pacis et belli cum Salute et dignitate administrandum, siquidem ex eruditione et Disciplina eo modo quo hic descriptam perspeximus instituta efflorescit pia et vera Sapientia totius felicitatis Rerumpublicarum fœcundissima parens et ejusdem incorruptissima custos. Absensimus itaque justæ Supplicationi, autheNrâ Regiâ præsentibus Nris Literis Fundationem Academiæ Zamoscensis Confirmamus, Jura, Immunitates et Privilegia Academiarum tribuimus, Bona Terrestria donata illi et donanda illi ac Scholastico et Capitulo tanquam Directoribus et Præsidibus et Lectoribus Professoribus justa atque Nobilitas possidet, potestatem facimus, potestatem videndi, faciendique, Id quod omnibus et singulis præsertim Magistratibus Judicibusq; Regni Nostri omnium Ordinum denunciamus, tum pro Regia Nostra Authoritate mandamus ut quæ Fundatio ista Academiæ Zamoscensis sigillatim in se complectitur, omnia et singula integrè sine ulla derogatione ita teneantur et observentur, quemadmodum sunt verbis sententiisque descripta. In cujus rei fidem præsentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni Nostri consignari jussimus. Datum in Castris ad Kokenhausium XXII. Septembris Annô Domini M°D C°. Regnorum Nostrorum Poloniæ XIV° Sveciæ Anno VIII° Sigismundus Rex. Locus Sigilli appensi in funiculis. Post quarum Literarum confirmationis Sacræ Regiæ Majestatis ingrossationem Originale earundem idem suprascriptus Offerens ab Officio præsenti recepit, de quo recepto hocce Officium qui Etavit. Matthias Stanislaus Ustrzycki de Unihow Subjudex Terræ Zamoscensis, Vicecapitaneus Premysliensis. Locus Sigilli. correxit Kleczynski. Nos itaq; Joannes Casimirus Rex, cum nisi huic celebri oraculo Sapientiæ, pro votis ac desideriis, quantum ad integritatem ejus justis, Paternè faveamus, sanè Regum et Principum, inde Majestatis Potentiam stabiliri, Regnorum inde promanare felicitatem inde perennare tranquillitatem, reegue Nostras inconcusse stare, excludemus, Supplicationem igitur prafatam benigno complexi sinu, hanc præinsertam Academiæ Zamoscensis Fundationem et in ea omnia Instituta, Jura, libertates, immunitates, Donationes, conditiones

nexus, ligamenta, in toto et in quavis parte, approbavimus, confirmavi-
mus, et ratificavimus, eamque Academiam Zamoscensem in Patrocinio
Nostrum Regium atque totius Reipublicæ, ad normam Academiæ Cra-
viensis, cum omnibus ejus Privilegiis immunitatibus Gratiisq' tam à San-
cta Sede Apostolica, quàm à Serenissimis Prædecessoribus Nris, Universitati
ac Singulis personis in ea largitis, suscepimus, assumpsimus, et adoptavi-
mus, prout quidem approbamus, confirmamus, ratificamus, suscipimus,
assumimus, et adoptamus, omnesque defectus ex plenitudine potesta-
tis Nostræ supplemus præsenti Privilegio Nostro. Decernentes illud
vim et robur debita ac perpetuæ firmitatis in avum obtinere debere
In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Rni
appenso muniri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXII^a. mensis Maji
Annô Domini MDCLXVI. Regnorum Nostrorum Poloniæ XVII.
Sveciæ verò XVIII. Annô. Joannes Casimirus Rex. Confirmatio
Fundationis Academiæ Zamoscensis. Locus Sigilli pensilis majoris
Cancellariæ Rni. Steph. Hanbiewicz Secrs Regiæ Mtis my. Quas ejus-
modi Literas pargameneas Originales supra descriptas, sicut præmis-
sum per Oblatam porrectas, nos ad acta præsentia suscipi, inscribi et
ex ijdem fideliter descriptas Parti postulanti Authentice extradi ori-
ginale verò Offerenti restitui permisimus, de quo recepto ubiq' restituto
Cancellariam quietavit, quietatq' præsentibus et pro majori fide
manu propria se subscripsit. M. Clemens Podlasiensis, S^ræ Th^æ Doctor et Pro-
fessor, Canonicus Zamoscensis

Actum Varsaviæ ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Festum
Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis
proximâ Die videlicet Decimo nonâ men-
sis Maji Annô Domini Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo Primô. Regni vero
nostri XXVIII. Annô.
Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni Episcopi
Premyslien^s Procancellarii Regni
Constituit Plenipotentes Gnôsus Joachimus de Raciborsko Morstyn
Castellanides Vislicien^s.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus metrices Regni Can-
cellariæ nostræ minoris compārens personaliter Generosus Joachimus
de Raciborsko Morstyn Castellanides Vislicien^s, sanus mente et
corpore

corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis pro-
priis, huic autem Jurisdictioni nrae Regiae quò adinfrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, libere ac benevolè recognovit
et praesentibus recognoscit. Quia Ipse suo et Gnōsae Ursulae Morstynowna
Virginis Innuptae Sororis suae germanae nomine, s: pro cujus ratihabitione
plenam cavet: s in veros, legitimos, Speciales et indubitatos Plenipotentes
Gnōsor Jacobum Rzechowski Burgrabium Varsaviens. Lucam Kozłowski
Secretarium Nostrum, Michaelem Węgrzecki, Christophorum Stoniewski
Sochaczevien. ejusdem nominis Aruszewski Varsavien. Burgrabios, Flo-
rianum Drewnowski, Michaelem Kamieński, Augustinum Niemiera
Gasparum Wnorowski eligit, constituit, inscribit et solemniter ordinat
Dans et concedens ijdem Plenipotentibus suis plenariam facultatem
et omnimodam potestatem tam conjunctim quàm divisim, nomine suo
et supradictae Gnōsae Sororis suae Causam et Actionem in Judiciis Ter-
restribus Varsaviensibus intuitu Summae Octodecem millium Florenorum
Polonicalium ex Actoratu sui Recognoscentis Gnōsis Stanislao Succame-
rario Posnaniensi et Francisco Generali in Exercitu nro Regni, Fra-
tribus germanis, Skurzewskim institutam, promovendi et attentandi;
Comparitiones inscribendi, Condemnationes super Parte adversa obti-
nendi, eadem exequendi, Decreta pro parte sui Recognoscentis et Gnōsae
supradictae Sororis suae favorabilia acceptandi, à contrariis appellandi
seu movendi, Appellationes et Motiones prosequendi, poenas Judiciarias
levandi delevatis quietandi, executiones urgendi, Intromissiones in
Bona Citatorum, si opus fuerit, apprehendendi, aliaq' omnia quae ad fi-
nalem ejusdem Causae et Actionis perfectionem necessaria et opportuna
spectare videbuntur agendi. Cavens et promittens idem constituens
se hoc totum, quidquid per memoratos Gnōsos constitutos Plenipotentes
actum, gestumve fuerit, pro rato, grato et irrevocabili suscepturum.
Hacenus personali Recognitione ad premissa mediante. Pro majori
vero firmitate manu propria se subscripsit.

Joachim na Raciborski Morstin
mpp.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factam et recognitam
nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad Acta
praesentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descriptam parti po-
stulanti Authentice extradi permisimus. In quor fidem &c: Actum ut supra
Fquam etiam ex citationibus à parte adversa sibi editis indentem.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ p̃mdic
Festi Sacratissimi Corporis Christi
Domini Die scilicet Vigesimâ men:
sis Maji Annô Millesimo Septingen.
tesimo Sexagesimo Primô. Regni nr̃i.
XXVIII. Annô.

Ad Relationem Illrium Excellñm et Rñm Dñi Mi:
chaelis Comitis de Granow Wodzicki Epi Pre.
myslien &c: Pro Cancellarii Regni

Roborant Contractum Obligatorium occasione Sortis he.
reditariæ in Villa Grzywno, Inter Joannes Dembowski Capitaneus
Bedzinen. Sabuna. et Rndus in Christo Pater Antonius Sebastianus
Dembowski Epus Vladislavien et Pomeraniæ partibus ex altera

Augustus Tertius &c:
Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus metrices Regni
Cancellariæ Nrã minoris comparentes personaliter Generosus
Joannes Dembowski Capitaneus Bedzinen. Camerarius noster
ab una, et Rndus in Christo Pater Antonius Sebastianus à Dem.
bowa Gora Dembowski Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniæ parte
ex altera, vari zientibus et corporibus existentes recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictionibus suis, quibusvis propriis, huic autem Juris.
dictioni Nrã Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, sesub.
jiciendo et incorporando, palam, libere ac benevole recognoverunt et
præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi contractum certum obligato.
rium occasione Sortis hereditariæ in Villa Grzywno in Palatinatu
et Districtu Culmensi sita et existentis, hic Varsaviæ Die nona mensis
Mensis et Anni currentis, inter se Recognoscentes initum et con.
clusum, manibus propriis subscriptum et Sigillis communitum
Vadiog Decem millium et Centum Florenorum Rthenicalium
firmatum in omnibus ejusdem Contractus punctis, clausulis, nexi:
bus, conditionibus et ligamentis, approbarunt, confirmarunt et robo.
rarunt, prout quidem per præsentem ad Acta hæc comparitionem
approbant, roborant, confirmant et ratificant, eidemq Contractui
tum in toto quam in quavis minima parte stare parere, et satisfa.
cere se inscribunt et obligant. Pog sub Vadio Summæ Decem
Millium et Centum Florenorum Rthenicalium in casu eidem Contractui

præsent

præsentibus roborato in aliquo contraventionis, præmissorumq' omnium et singulorum in eodem contentorum non completionis, per Partem Contravenientem, Parti in toto eundem Contractum tenenti et complenti ejusq' Successoribus luendo et succumbendo. Pro quo quidem Vadio reg' ipsa principali in casu præmissæ Contraventionis, citata Pars aliqua Contraveniens existens in Foro Castri Covaloviensis præcisis omnibus Juris diffugiis, Dilationibus, Motionibus, Appellationibus earumq' modo quovis aut per Advocationes quasvis prosecutionibus, suis cum Successoribus respondere, peremptorie, stare, juri parere, et omne judicatum ferre debebit et tenebitur. Ad eorum personalibus Recognitionibus ad præmissa mediantibus. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripserunt.

Antonius Sebast: Dembowski Epus Vladisl. et Pomer. [illegible]
Joannes Dembowski Capitaneus Bendzinensis. mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut præmissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam, haberi volentes eandem ad acta præsentia, suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptam parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum Fidem &. Actum Varsaviæ ut supra.

Inscribit modo Obligatorio Sortem suam hereditariam in Villa Grzymno existent' Nobilis Joannes Dembowski Capitaneus Będzinens', Rndo in Christo Patri Antonio Dembowski Episcopo Vladislavien' et Pomeranie.

Augustus Tertius &.

Significamus &: Quod coram Nobis præsentibus metrices Regiæ Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus Joannes Dembowski Capitaneus Będzinensis, Camerarius Noster, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huicautem Jurisdictionis Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberè

ac benevolè recognovit. Cuiä Ipse Reverendo in Christo Patri Antonio Sebastiano Demborowski Episcopo Vladislaviensi et Pomeraniæ, Ejusq; Successoribus Episcopis Vladislavien^s, Sortem suam hæreditariam Mansos octo in se continentem, in Villa Grzywno in Palatinatu et Districtu Culmensi ut^o, et jacen^s, sibi à Generosis Francisco et Marianna de Owiecie Dąbrowskie, Annô præteritô 1760mô coram Officio Castrensi Culmen^s Sabbathô post Dominicam Exaudi donatam, et jure perpetuo resignata^m, in Florenis Decem Mil: lium Centum, Monetæ Pruthenicæ, obligavit, inscripsit et præsentiali Inscriptione invadiat, obligat et inscribit, ad Festum Sancti Jo: annis Baptistæ in Anno Deô dante futuro Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quarto, venturum, et sic à Triennio ad Triennium, usq; ad plenariam et integram præfatæ Summæ Decem Millium et Centum Florenorum Pruthenicalium exsolutionem, et prædictorum Bonorum seu Sortis in Villa Grzywno existens exemptionem, per Eundem Reverendum in Christo Patrem Episcopum Vladislavien^s et Pomeraniæ Ejusq; Successores Episcopos tenenda^m, habendam et possidendam cum omni jure Dominii et proprietate, modo obligatorio, nihil Juris Dominii et quorumvis usufructuum vel utilitatum in præfata Sorte pro se Recognoscente suisq; Successoribus, usq; ad debitam exemptionem, penitus reservando seu excipiendo: sed ita latè et longè prout solus Recognoscens aliiq; immediati Possessores tenebant, habebant et possidebant. Intromissionem realem et actualem cum pacifica possessione in prædictam Sortem præsentibus obligatam, per quemvis Ministerialem Regii et Nobilem duos quosvis Judicis pro tempore conducendos à Festo S. Joannis Baptistæ in Anno currenti proximè venturo, acceptandam, admittet, eandemq; nec per se, nec per quosvis subditos et subordinatas Personas impugnabit aut impediet; Quinimo eundem Reverendum in Christo Patrem Episcopum Vladislavien^s et Pomeraniæ Ejusq; Successores ab omni et quavis impetitione juridica, omnium et singularum Personarum Status, Sexûs, Gradûs et conditionis ac præeminentiæ cujusvis existens intuitu præmissæ Sortis, quovis modo exoriunda, in omni Judi
cio et

cio et Officio Regni totiesquoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere et li-
berare et intercedere, se suis cum Successoribus de et super Bonis suis ge-
neraliter omnibus, mobilibus et immobilibus, Hareditariis et obligatoriis
Summis q' quibuscunq pecuniariis, habitis et habendis inscribit et obligat,
idq' sub simili Summae Decem Millium Centum Florenorum Ruthe-
nicalium vadio, per se Recognoscentem Successoresq' Suos in casu In-
scriptioni praesenti obligatoriae, in aliquo Contraventionis, praemissorum
omnium et singulorum non completionis, Eidem Reverendo in Christo
Patri Antonio Sebastiano Dembowski Ejusq' Successaneis Episcopis
Vladislaviens et Pomeraniae, ad solvendum tuendo. Pro quo quidem stadio
citatus existens aut Successores Ejus citati existentes in primo termino
tanquam peremptorio parere tenebitur et tenebuntur. Hac ipsius
personali Recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma In-
scriptionis obligatoriae de jure plenissima, firmissima et perfectissima.
Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Joannes Dembowski Capitaneus Rendzinensis. mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem obligatoriam sic ut premissum factam et reco-
gnitam nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta praesentia
suscipi, inscribi et ex Eadem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c: Actum Varsaviae ut supra.

Inscribunt sibi Donationem Reciprocam Gnōsi Michael
de Wochnicki Kraiewski et Regina de Leschlie Conjuges.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Can-
cellariae nostrae Minoris comparentes personaliter Gnōsi Michael de Wo-
chnicki Kraiewski et Regina de Leschlie Conjuges legitimi, sani mentibus et
corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq
propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quō ad infrascripta recogno-
scenda attinet sese cum Bonis suis benevolè incorporando et subjiciendo,
non compulsi, non coacti, sed matura deliberatione animi intra se pra-
habita, Maritus quidem per se, Consors verò in personali assistentia Gnōsi
Josephi Edrodowski — — ad hunc actum de Consensu Mariti sui
assumpti Curatoris assistentia, palam, liberè et per expressum recogno-
verunt, praesentibusq' quilibet illorum pro suo interesse recognoscit.

Juia illi amorem mutuum et benevolentiam sibi abinvicem contestari
volentes, in casum alicujus periculi et imperatæ unius ex Recognoscentibus
sine desiderata prole mortis, omnium bonorum suorum mobilium et immobi-
lium tam hic in Regno Poloniæ quàm ubig existentium hæreditariorum,
Summarumg pecuniariarum ad se Recognoscentes quocunq Jure spectantium
et pertinentium nullis penitus exceptis mutuo sibi et abinvicem per amovendo
et excludendo quosvis suos consanguineos proximiores et collaterales per Do-
minium et hæreditatem dederunt, donaverunt, inscripserunt et resigna-
runt, prout præsentibus dant, donant, inscribunt et resignant tali videlicet
modo: Ut si præfatum Dñ. Michaelem Kraiewski Maritum prius mori, quàm
consortem contingat, extunc eadem Consors relicta Dñra Regina de Leschkien
bona omnia mobilia et immobilia ad maritum suum spectantia et pertinentia
pleno Jure obtinere et possidere, ijsq utifrui, cum omni Jure Dominio, proprie-
tate et propinquitate titulog hæreditario, parata possessione cum plenaria
potestate donandi, vendendi, commutandi, alienandi, et in quosvis usus suos
suorumq Successorum beneplacitos convertendi possit ac debeat, sine quovis supra
dicti Mariti sui Successorum impedimento, quibus nullam rationem omnium
et singulorum Bonorum Maritalium reddere, nullumq Inventarium confice-
re tenebitur, verum ne se prætermissi videantur, ipsis solum in vim legitimæ
centum Florenos Polonicales reddere et persolvere, sibi verò Recognoscenti
decentem Sepulturam et suffragia pro anima facere, ac præstare, debitaq
sua intotum exolvere debebit et erit adstricta. Quod si verò vicissim Con-
sortem Dñram Reginam de Leschelien prius quàm præfatum Maritum Jus
Michaelem Kraiewski absq prole legitima vita fungi contigerit, extunc
idem Maritus superstes relictus omnia bona mobilia et immobilia Consortis
sue pleno Jure obtinebit et possidebit, ijsq utifruetur cum omni proprie-
tate, Dominio, parata possessione, cumplena facultate et potestate,
dandi, donandi, vendendi, commutandi, alienandi, et in suos, Successorum
suorum quovis beneplacitos usus convertendi tempora in perpetua, con-
traditione similiter seu quovis impedimento quorumcunq prædicta
Uxoris sue Successorum minime obstante, quibus pari modo nullam
rationem eorundem Consortis sue Bonorum omnium et singulorum red-
dere, nullumq Inventarium conficere tenebitur, sed proximioribus
tantum gradu centum Florenos Polonicales exolvere, illiq Sepulturam
decentem et suffragia pro anima facere, debitaq ipsius exolvere obli-
gabitur et erit adstrictus. Hoc solum præcustodito, quòd vitâ utriusq
durante præfati Conjuges omni amore, benevolentia, honore, atque
debita observantia mutuo se prosequi debebunt, idq ipsum sibi spon-
dent. Sin autem prole desiderata illos Deus Omnipotens in futurum
beare velit, atq proles se Recognoscentes, seu alterutrum superviverit,

præsens

prærens Reciproca Donatio superveniente prole ipso facto absque alia capatione nulla erit, sed juxta præscriptum Legis uterq' Conjunx Superstes regerere debebit. Hac vero personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias in for. ma Donationis Reciproca de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manibus propriis nec subscripserunt.

Michał Krakowski

Regina Krakowska

Josephus Zdrodowski prout Assistens ad hunc actum specialiter rogatus et assumptus ab Uxore mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sicut præmissum factam et recognitam pro firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi Et ex ijdem fideliter descriptam parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secunda intra Octavas Sacratissimi Corporis Christi Domini Die sibi Et Vigesimâ Quinta Mensis Maji Anno Millesimo Septingentesimo, Sexagesimo Primô. Regni vero Nostri Annô XXVIII.

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi et Mgnifici Dni Joannis in Konskie et Białaczow à Matachowice Matachowski Supremi Regni Cancellarii Grodecen., Ostrołęcen. &c. Capitanei.

Roborat Scriptum certum Obligatorium Magnificus Andreas Zamoyski Palatinus Juniviadislaviensis.

Augustus Pertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ minoris comparens personaliter Magnificus Andreas Zamoyski Palatinus Juniviadislaviensis, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro Pereis et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevole recognovit. Quia Ipse Scriptum suum certum manuale obligatorium, de data illius hic Varsaviæ Die hodierna in Actu contenta in rem et Personam Nobilis Joannis Friderici Spans datum et conscriptum, manu sui Recognoscentis subscriptum et Sigillatum, Ligamentis in eodem expressis necnon Vadio Summæ Mille Quingentorum Aureorum Hungaricalium firmatum, in omnibus, ejusdem Scripti

conditionibus, contentis, punctis, clausulis, articulis, nexibus, vadio, foro, ligamentis, beneficiisq; generaliter universis intoto, in rem et personam memorati Nobilis Joannis Friderici Spans roborat, approbat, confirmat, et ratificat, eidemq; tam intoto quàm in quavis ejus minima parte stare, parere et in omnibus satisfacere se suis cum Successoribus inscribit et obligat. idq; sub similibus ligamentis et Mille Quingentorum Aureorum Hungaricalium vadio, per se Recognoscentem Successoresq; suos in casu Inscriptioni presenti roboratoriæ et Scripto prefato obligatorio in aliquo contraventionis, præmissorumq; omnium et singulorum in ijdem contentorum non completionis, eidem Nobili Joanni Friderico Spans Illiusq; Successoribus ad solvendum luendo et succumbendo, nullo modo evadendo. Pro quibus quidem ligamentis et vadio modo premisso ad solvendum succubitis et transgressis, ac ve, conditioneq; aliqua Inscriptionis presentis roboratoriæ et Scripti prefati, non completa, nihilominus complenda in omni parte suprascriptus Officius Recognoscens suis cum Successoribus jure conventus, foro competenti ut supra renunciando, coram quovis Judicio et Officio Regni, et signanter Castrensi Varsaviensi ad primam Instantiam supradicti Nobilis Joannis Friderici Spans illiusq; Successorum peremptorie respondere, stare, juri parere et omne judicatum ferre suis cum Sorteris debebit et tenebitur. Hac ma personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis roboratoriæ de Jure plenissima firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit. Andreas Zamoyski L.S.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissum factam et recognitam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandemq; ad acta presentia suscipi, inseribi et ex ijdem Libeliter descriptam Parti postulanti. Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum &c.

Approbat Scriptum certum Obligatorium Generosus Michael Wielhorski Metator Regni per Inóram Consortem suam in rem et Personam Inóis Pauli Starzynski Generalis Leutnantis in Exercitu Regni, datum.

Augustus Bertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellaria nostræ comparens personaliter Generosus Michael Wielhorski Castrorum Regni Metator, sanus mente et corpore existens

reco-

recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando, palam, libere, ac benevole recognovit. Quia Ille Scriptum certum manuale seu Asecurationem Debiti per Generosam Elisabetham Wielhorska Consortem suam in rem Gnóri Pauli in Jarmolince Starzynski Generalis Leutnantis in Exercitu Regni, Camerarii Nostri et Capitanei Stenieńhovien. Leopoli Die Septima Januarii Anno nunc currenti 1761mô. datam, manuq; ejusdem Gnósæ Consortis suæ subscriptam et Sigillo in cera rubra expresso communitæ et aliis postremis Capitaneal. Leopoliensibus Fâ Sexta post Festum Sanctæ Agnetis Virginis et Martyris proxima Ao eodem, roboratam, in omnibus punctis, clausulis, articulis, nexibus, vadio, Foro, conditionibus et Ligamentis approbat, confirmat et ratificat, firmumq; robur ac valorem habere debere declarat, eidemq; Scripto obligatorio in toto et in quavis minima parte simul cum Gnósa Consorte sua ac Successoribus suis stare, parere, et ea tenere facere se inscribit et obligat. Hac sua personali Recognitione ac promissa mediante. Alias in forma Inscriptionis approbatoriæ de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Michael Wielhorski

Quam ejusmodi Inscriptionem approbatoriam sic ut præmittum factam et recognitam nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quor fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertiâ intra Octavas Sacratissimi Corporis Christi Domini Die videlicet vigesima Sextâ mensis Maji Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primô Regni vero Nri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Magnifici Dni Supremi Regni Cancellarii

Roborat Scriptum certum manuale in rem Gnósi Pauli Starzyńs. Dem Gnósus Michael Wielhorski Castror. Regni Metator.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Generosus

Michael Uielhorski Castrorum Regni Metator, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; priis, huic autem Jurisdictioni Nrõ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevolè recognovit. Quia Ille Scriptum suum certum manuale obligatorium de Data illius hic Varsaviæ Die hodierna in actu contenta in rem et Personam Gnõsi Pauli Starzynski Generalis Leutnan in Exercitu Nrõ et Reipublicæ Capitanei Sieciechoviens, datum et conscriptum, manu sui Recognoscentis subscriptum et Sigillatum, Ligamentis, contentis, punctis, clausulis, articulis, nexibus, Vadiõ, Foro, ligamentis, beneficiisq; generaliter universis intoto, in rem et Personam memorati Generosi Pauli Starzynski Generalis Leutnantis in Exercitu nrõ et Reipublicæ Capitanei Siecziechovien, roborat, approbat, confirmat et ratificat, eidemq; tam in toto, quam in quavis ejus minima parte stare, parere et in omnibus satisfacere se suis cum Successoribus inscribit et obligat; Idq; sub similibus Ligamentis et Vadio in eodem Scripto appositto, per se Recognoscentem Successoresq; suos in casu Inscriptioni præsenti roboratoriæ, et Scripto præfato obligatorio in aliquo contraventionis, præmissorumq; omnium et singulorum in ijsdem contentorum non completionis eidem Gnõso Starzynski Gnli Leutnanti et Capitaneo Siecziechoviensi, Ejusq; Successoribus ad solvendum luendo et succumbendo. nullo q; modo evadendo. Pro quibus quidem Ligamentis et Vadiõ modo præmisso ad solvendum succubitis et transgressis, aut ve, conditionem q; aliqua Inscriptionis præventis roboratoriæ et Scripti præfati non completa, nisi: hiceminus completa in omni puncto, suprascriptus Gnõsus Recognoscens suis cum Successoribus jure conventus, Foro competenti ut supra renunciando, coram Officio Castrensi Leopolien seu Luceorien aut Cremenecen vel Terrestri Judicio Terrarum Podoliæ sive Tribunali Regni Lublinen aut sub Interregno Judiciis Capturalibus ad primam Instantiam supra dicti Gnõsi Starzynski illiusq; Successorum, peremptoriè respondere, stare juri parere et omne judicatum ferre illi cum Posteris debebit et tenebitur. Ital ma personali Recognitione ad promissa mediante. Alias informa Inscriptionis roboratoriæ de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Michael Uielhorski
mpc.

Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam sic ut promissum factam et recognitam nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia unajej inscribi et ex ijdem fideliter descriptam parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Działo się w Warszawie we Środę po
Oktawie Bożego Ciała nayblizszą, to iest
Dnia Trzeciego Miesiąca Czerwca, Roku
Pańskiego Tysiącznego, Siedmsetnego
Szescdziesiątego Pierwszego Panowania
naszego XXVIII. Roku

Za Sprawą, y przytomnością Jasnie Wielmożnego Jmci
Pana Jana Hrabi na Koniecpolu y Białachowie
Mutachowic Matachowskiego Kanclerza Wielkiego
Koronnego, Grodeckiego, Ostrołęckiego &c. Starosty.

Oblata Przywileiu na Wolnictwo z Łanem Pola we Wsi Jasiennicy
Zwareckiey w Ekonomii Samborskiey będące, Urodzonemu Franci-
szkowi Matcińskiemu dane.

August Trzeci &c.

Oznaymuiemy &c. Iż podany iest per Oblatam do Akt mervlki kancella-
ryi naszey mniey szey Koronney Przywiley na Wolnictwo niżey wyraże-
ne, Ręką naszą Krolewską podpisany y Pieczęcią Stwierdzony brzmie-
nia takowego: August Trzeci z Bożey Łaski Krol Polski, Wielki
Xiąże Litewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki, Żmuydzki, Kijowski,
Wołynski, Podolski, Podlaski, Inflantski, Smolenski, Siewierski y
Czerniechowski, a Dziedziczny Xiąże Saski y Elektor. Oznaymu-
iemy niniejszym Listem naszym wszem wobec y każdemu zosobna
komu o tym wiedzieć należy. Iż maiąc wzgląd na wierne zasługi
Urodzonego Franciszka Matcinskiego uznyelibismy onemuż Wolni-
ctwo we Wsi Jasiennicy Zwareckiey Łan Pola z mtynkiem w so-
bie maiące, w Ekonomii Samborskiey w Woiewodztwie Ruskim
y Ziemi Przemyskiey będące, po śmierci Urodzonego Jerzego
Mahowskiego walniące, y do Dyspozycyi naszey przypadłe
dać y konferować, iakoż niniejszym Przywileiem naszym daie-
my y konferuiemy ze wszystkiemi Budynkami, Rolami, Łąkami
Pastwiskami, Lasami, Stawami, Sadzawkami, zgoła z wszystkiemi
przynależytościami zdawna w swoich granicach do tego Wolnictwa
przyległemi, nullis penitus exceptis. tak iako przesli Donatarjuszowie
nasi toż Wolnictwo trzymali, posiadali, mieć trzymać, y zażywać
będzie aż do ostatniego życia swego Kresu, tak iednak aby wszelkie
onera fundi, tak publiczne, iako do Skarbu Ekonomii naszey Sambor-

skiey

należące z tegoż Wolnictwa ponosił, y wypłacał. Obiecuiemy to po
nas y naysiaśnieyszych następcach naszych, iż przerzeczonego Uro:
dzonego Franciszka Martinskiego od spolioyney possessyi y dzierzenia
dożywotniego wyżey wyrażonego Wolnictwa nie oddalemy, ani odda:
lić mocy takowemu nie damy. Co y naysiaśnieysi następcy nasi uczynią
Prawa nasze Koleweskie, Rzeczypospolitey y Kościoła Swiętego
Rzymskiego Katolickiego wcale y nienaruszenie zachowuiąc.
Na co dla lepszey wiary y wagi Przywileiu ten Ręką naszą pod:
pisawszy, Pieczęć Woyska przycisnąć rozkazalismy. Dan w War:
szawie Dnia III.° miesiąca Czerwca Roku Pańskiego MDCCLXI.
Panowania naszego XXVIII. Roku. Wolnictwo z Łanem Pola we
wsi Jasiennicy Zwareckiey, w Ekonomii Samborskiey, w Woiewod:
twie Ruskim, w Ziemi Przemyskiey będące, po śmierci Urodzonego
Jerzego Małowskiego walentuiące, Urod.z Franciszkowi Martinskiemu
conferitur. Augustus Rex. Locus Sigilli Secretarii. X. Gabryel Jan
Jenosza Podolski Prob: Kath. Krak. Rey. W. Kon Vice Praes. Kom:
misyi Skarbowey Koronney. Który to Przywiley wyżey wyrażony
Ze cut przemissum per oblatam podany, My do tychże Akt przyiąć,
wpisać y z nich wiernie wypisany stronie potrzebuiącey auten:
tyczne wydać, Oryginał zaś nazad oblatuiącemu przywrocić,
y: z którego odebrania Kancellarya Swiadowal:/ pozwolilismy. Naco
dla lepszey wiary Pieczęć Koronna przycisniona iest. Działo się
iako wyżey.

Actum Varsaviæ Sabbathô proxime ante
~~Festum Sancti~~ Festum Sancti
Barnabæ Apostoli proximô Die scili:
cet Sextâ Mensis Junii Annô Dñi
Millesimô Septingentesimô Sexagesimo
Primô. Regni vero nostri XXVIII. Anno.

Ad Relationem Illmi Excellentissimi et Mfici
Dñi Joannis Comitis in Konskie et Białaczow a
Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarii &
Constituit Plenipotentem Gnôus Vladislaus Jurowski Succ:
camerarius Sacræ Mtis Gnoźum Kogalski.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quòd coram Nobis præsentibus Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus
Vladislaus Jurowski Camerarius noster, Sanus mente et cor:
pore

pore existens recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuvis propriis, huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ quò ad infrascriptare cognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognovit et præsentibus recognoscit. Quia Ipse in suum, verum, legitimum et indubitatum Plenipotentem Generosum Antonium Rogalski eligit constituit inscribit et solemniter ordinat. Dans et concedens eidem Plenipotenti suo plenariam facultatem, omnimodamq' potestatem nomine et favore sui Recognoscentis in Bona Chilice et Jezierno in Palatinatu Mazovia, Terra ~~Ostrò~~ Varsaviensi sita et jacentia, Intromissionem acceptandi, eademq' Bona cum omnibus attinentiis et pertinentiis in possessionem actualem sui Recognoscentis recipiendi. Inventaria rerum mobilium cujuscunq' generis et speciei conscribendi, Controversias quasvis, si quæ in ijsdem Bonis ad capiendam pacificam possessionem, per quemcunq' opponerentur sopiendi et componendi, caeteraq' omnia quæ ad perfectè peragendum idem negotium spectare et pertinere videbuntur, pro commodo et utilitate sui Constituentis agendi et exequendi. Cavens et promittens idem Jnōrus Recognoscens se id totum quidquid per prænominatum Plenipotentem legitimè et Juridicè actum, gestum, constitutumq' fuerit, pro rato, grato et valido suscepturum. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. Promajori vero firmitate manu propria se subscripsit.

✠ Ladislaus Gorzowski Ex.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum factam et recognitam nostram ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ &c. ut supra

Oblata Rescripti S:R:M:tis quô præcommittitur Gnôsi Rogalinski et Gurowski Investigatio injuriarum per Exoticos Milites Poloniarum Civibus et Incolis illatarum.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nrâe minoris Literas Originales Papyreas manu nostra Regia subscriptas et Sigillo majori Cancellariæ Regni communitas, sanas salvas et illæsas omnig' integritate carentes, tenoris sequentis=

August Trzeci z Bożey Łaski Król Polski Wielki Xiąże Litewski Ruski, Pruski, Mazowiecki, Żmudzki, Kijowski, Wołyński, Podolski, Podlaski, Inflantski, Smoleński, Siewierski, Czerniechowski á Dziedziczny Xiąże Saski y Elektor. etc: etc: Dogadzaiąc Obywatelom Państwa: szych y zabiegaiąc wszelkim krzywdom y złościom przez Woyska Zagraniczne w ich marszach y Tranzmarszach w Kraiach naszych częstokroć praktykowanym się: a chcąc aby się przez Jch własne o swoie potrzeby, starania wszelkiemu nieporządkowi á przez to uciążeniu Ludu dostatecznie zabiegło wszystkiesmy na to obrocili myśli abyśmy w tak przykrych okolicznościach przez ustanowienie dobrego w Woiskach naszych porządku każdemu ulgę uczynić mogli: co żeby iako nayprędzey y nayporządniey skutek swoy miało, umyślilismy Generalnych Kommissarzow do sprawowania uciążonym Obywatelom pomocy postanowić. Do których rządzenia obrządków znaiąc dostateczną zdolność y w sprawowaniu swych powinności umiejętną sposobność Urodzonych Kaspra Rogalinskiego Starosty naszego Obornickiego, Władysława Gurowskiego Podkomorzego Naszego za tychże Kommissarzow naznaczamy którzy to tak przy Generalney zwierzchności Komendzie, iako y dla okoliczności y potrzeby czasu w Kraiu bawiący się, wszelkie Woyska Exotycznych potrzeby za umowioną się cena sprawować. Okrzywdy które wynikać z tych Marszow będą, sprawiedliwey nadgrody dla wszystkich dopomnieć skarg Imieniem uciążonych odbierać y o ich się iak nayprędzey starać będą Satysfakcyą. Jednostayny porządek wrożonym dla wszystkich bez krzywdy podziale utrzymywać y tak swoich obowiązkow dopełniać maią: iako powinność ich wiernosci ku nam á ku Powszechnemu pożytkowi gorliwość każe. Na Relacyą Jch Zasług za prace y fatygi w podawaiących się okolicznościach Łaski naszey ubliżyć nie zechcemy. Skarbowi zaś Koronnemu żeby na Expensa prowidował zalecić nie omieszkamy. Dan w Warszawie Dnia IV. Miesiąca Czerwca Roku Pańskiego MDCCLXI. Panowania naszego XXVIII. Roku. Augustus Rex. Locus Sigilli majoris

Can-

Cancellariæ Regni. W. Lubowski Podczaszy Ziemi Wieluńskiey Pierwszy Wieluńskiey Koronney Sekretarz Insp. Rekrypt Jkrolewskiey Mosci ktorym præcommittitur Urodzonym Kacprowi Rogalinskiemu Starostie Obornickiemu y Wladysławowi Gurowskiemu Podkomorzemu Nadwornemu dochodzenie Krzywd przez Woyska Exotyczne Polskim Obywatelom czynionych. Quas ejusmodi Literas Originales Suprà descriptas sic ut præmissum per Oblatam porrectas, nos ad Acta præsentia Lusimus, inseribi et ex ijdem fideliter descriptas, Parti postulanti authentice extradi, Originale verò offerenti rursus restitui, de quo recepto Cancellariam quietavit: / permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ in crastino Festi Sancti Barnabæ Apostoli Die vndecima mensis Junii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo. Regni verò nostri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mgfici Dni Supremi Regni Cancellarii.

Roborant certam Complanationem Gnosi Adamus Wagrocki Vrius Terræ Zarocziemen., et Joachimus Szwartzemberg Czerny vexillifer Owiecimensis.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus nostris Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes personaliter Generosi Adamus de Wagrodno Wagrodzki Notarius Terræ Zarocziensis, Gnosi Josephi de eadem Wagrodno Wagrodzki Succamerarii itidem Terræ Zarocziemen. cum olim Gnata Theresia Niezdzycha olim Gnosorum Stanislai in Niezdzyce Niezdzycki Castellani Radomiensis et Eleonoræ de Zochocie Conjugum primi voti Filia, procreatus Filius, ab una, et Gnosus Joachimus Szwartzemberg de Vrbitowice Czerny Vexillifer Owiecimensis, Generalis in Exercitu Regni parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi Complanationem certam ex occasione Successionis post olim Gnosum Adamum Niezdzycki Capitaneum Bielscensem in Re devoluta, hic Varsaviæ Die hodierna in Actu specificata inter se Recognoscentes initam et conscriptam, manibus propriis subscriptam, Vadiog. Octuaginta Millium Florenorum Polonicalium firmatam, in omnibus ejusdem Complanationis conditionibus, contentis, punctis, clausulis, articulis, nexibus, Vadio, Foro, ligamentis, beneficiis q. generaliter uni-

B

versis

intoto approbant, roborant, confirmant et ratificant, eidemq' Complanationi tam in toto, quam in quavis minima parte, stare, parere, et in omnibus satisfacere se Luis cum Successoribus inscribunt et obligant. Idq' sub similibus Ligamentis et Vadio in Eadem Complanatione appozito, per Partem contravenientem Successoresq' ejus, Parti eandem Complanationem in toto tenenti, in casu Insinuptioni presenti roboratoriæ et Complanationi prefatæ in aliquo contraventionis, præmissorumq' omnium et singulorum in eadem contentorum non completionis ad solvendum luendo et succumbendo, nullo modo excludendo. Pro quibus quidem Ligamentis et Vadio req' ac conditione aliqua non completa, nihilominus complenda in omni puncto, citati existentes coram Officio Castrensi Plocensi suis cum Successoribus peremptorie respondebunt. His suis personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus. Alias in forma Inscriptionis roboratoriæ de Jure plenissima et effectissima. Pro majori vero firmitate manu propria eq. subscripserunt.

Joachimus Schwartzemberg Czerny Dexillifer et Succamerarius

Adamus de Uyazdow Wgrodzki Cris et Castre Zacrocim Notarius

Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam sicut premissum factam et recognitam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta presentia suscipi inscribi et ex ijdem fideliter describam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quor fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra

Oblata Innovationis et Collationis Jurium et Libertatum Oppido Sokolow in Palatinatu Podlachiæ Terra Drohiciensi sito servientium.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta presentia Metrices Regni Cancellariæ Minoris Literas Originales Pargreas, manu nostra Regia subscriptas et Sigillo majori Cancellariæ Regni communitas Innovationem et collationem Jurium Oppido Sokolow servientium in se continentes salvas et illesas omnig' suspicionis nota carentes tenoris sequentis.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis nostris Quorum interest universis et singulis. Expositum Nobis est per certos Consiliarios nostros Lateri nostro assidentes. Qualiter oppidum Sokolow in Palatinatu Podlachiæ Terra vero Drohiciensi situm Nobilis Ignatii de Koziełsko Oginski Supremi Magni Ducatus Lithuaniæ

Mareschalci Hæreditarium Jus Theutonicum Magdeburgense quod Culmense
dicitur, à Divis Prædecessoribus Nostris benigniter Eidem Oppido Sohotow datum
et concessum propter varias præteritas Hostium Incursiones non modo aeri fer.
reaq; manu, verum flammivomo igne grassantes amiserit, in usu tamen vigore
ejusdem Juris Theutonici Magdeburgensis facultatibusq; ac Libertatibus exi:
stentes Magistratum suum obeundo, minimeq; eodem Jure suo abutendo,
Idem Oppidani Sohotovienses hucusq; extiterint, eaq propter humiliter sup.
plicatum Nobis est Quatenus non modo eadem Jura antiqua Privilegia
Consvetudines, Libertates et facultates, supradicto Oppido Sohotow innovare
et confirmare, verum hocce novo Privilegio Nostro Idem Oppidum Sohotow
locare et erigere dignaremur. Cujus Supplicationi Eiusdem Magnifici Equitis
Supremi Magni Ducatus Lithuaniæ Mareschalci qua Eiusdem Oppidi Sohotow
Domini et Hæredis petitioni benigne annuentes, hocque stante felici Regi:
mine nostro non modo Bona omnia facultatibus, Libertatibusq; ac dotibus
dotare et ampliare, Inhabitatoresq; prædicti Oppidi Sohotow locatos et locandos,
Gratia nostra prosequi volentes, ut Idem Oppidum Sohotow Libertatibus et Juri:
bus amissis nunc novo Innovationis Locationisq; Privilegio Nostro Donatum
et Illustratum eo securius ijsdem Juribus suis Privilegiis libertatibusq;
[illegible] salvis Datiis, Decimis, Tributis, censibus ac aliis obligationibus ex antiquo
Ad hucusq; consvetis per eosdem Oppidanos Sohotovienses pro parte Ejusdem
Majestatis Hæredis præstari et adimpleri debitis aptius et celerius gaudere pos.
sit verum ut Justitia uniciuiq; loco et injuriato ac omnibus Hominibus
intra metas et limites ejusdem Oppidi Sohotow locis et Injuriatis adminis.
tranda majora incrementa sumere et reassumere valeat, super eadem
Innovatione et erectione, Locationeq; dicti Oppidi Sohotow necnon
approbatione usus hucusque vigore Juris Theutonici Magdeburgensis
Culmensis per injuriam temporum amissi continuati sancte consentimus
consentimusq; præsentibus Literis nostris, et imprimis dicto Oppido So.
hotow illiusq; Incolis Jus Theutonicum Magdeburgense quod Culmense
dicitur Innovamus, damus, tribuimus, et impertimur, removendo ab
eodem Oppido Sohotow omnia Jura Polonica Terrestria modos et consvetu.
dines universas, quæ Jus Theutonicum Magdeburgense Culmense pertur.
bare consveverunt, eximendo insuper dictum Oppidum Sohotow, omnesq; illius
Incolas perpetuo et in avum ab omni Jurisdictione et potestate omni:
um et singulorum Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Judicum
et Subjudicum ac quorumvis Regni nostri Officialium ita ut coram Ipsis
vel Eorum aliquo pro Causis tam magnis quam parvis pro quibusvis
excessibus vel rebus citati, minime parere et respondere, ac ob non

Comparitionem vel Condemnationes quascung' aliquas penas incurrere
teneantur, sed coram Advocato suo Jurato pro tempore existente, ac Scabinis
Jure Theutonico magdeburgensi Culmensi respondebunt. Advocatus
verò omnibus de se conquerentibus coram Eodem Magnifico Supremo Ma-
gni Ducatus Lithuaniæ Marschalco, quæ ejusdem Oppidi Domino suo Hæreditario et
Ejus Successoribus pro tempore existentibus, Hæredibus, Succedaneisq'
Dominis, nonnisi Eodem Jure Theutonico Magdeburgensi Culmensi
respondere tenebitur et debebit. In Causis autem omnibus tam Civilibus
quàm Criminalibus seu Capitalibus utpote Furti Homicidii, membrorum
mutilationis Incendii et quorumvis malefitiorum excessuum ac Crimin[um]
eidem Advocato pro tempore existenti cum sex Scabinis ex communitate
eligendis Juratis ejusdem Oppidi Sholtow intra metas et Limites ejusdem
Oppidi Eodem Jure Theutonico magdeburgensi Culmensi secundum Di-
spositionem Juris et formam illius plenam damus et concedimus facultā-
tem et potestatem Causas easdem audiendi, judicandi, cognoscendi,
decernendi, corrigendi, condemnandi, et plectendi, quod si verò aliqua
Causa inter Incolas ejusdem Oppidi Sholtow mota agitataq' et decisa
ultra omnem opinionem ab eodem Judicio Advocatiali Scabinali Sho-
lowiensi provocata seu appellata fuerit, extunc non alibi nisi coram
Eodem Magnifico Supremo Magni Ducatus Lithuaniæ Marschalco
qua Directo ejusdem Oppidi Hærede, vitaque et necis Domino ultra
omnem ulteriorem appellationem et prosecutionem de jure debebit et
tenebitur. Ac insuper hoc istud præsentibus Literis Nostris adjicien-
dum esse duximus ut septem Scabini ex Communitate Ejusdem Oppidi
Sholtow ad vitæ suæ tempora eligantur. Qui electi Juramenta Notha
in Jure Magdeburgensi Culmensi descripta super munera sua Scabi-
nalia præstare et adimplere tenebuntur. Tum demique seorsive sex
Viri Seniores vulgo Gminni nuncupandi, ex eadem Communitate Oppidi
Sholtow, Bono Communi Publico ejusdem Oppidi Sholtow invigilaturi
similiter Jurati constituantur. Quibus sic tam septem Scabinis quam
sex Senioribus Viris ex Communitate electis et constitutis Advocatus
taliter constituendum esse volumus, ut bini Scabini ex Septem Sca-
binis Candidati Die Secundâ mensis Martii quolibet Anno juxta
Romanum Calendarium per eosdem Septem Scabinos de Collegio
Scabinali, ac per prædictos sex Viros Seniores per secreta in Scripto
ad Citam porrigenda vota eligantur, taliterq' electi iidem bini
ex Septem Scabinis Candidati in Castrino post Electionem, Magnifico
Fundi Directo Domino et Hæredi sive Ejus Speciali Commissario
vel Plenipotenti inscripto porrigentur et præsentabuntur, ex

eisdem

eisdemq' binis taliter præsentatis Candidatis, unus in Advocatum Annualem ejusdem Oppidi Sohotow per Magnificum Hæredem sive Ejus Commissarium vel Plenipotentem Specialem confirmabitur. Postquam sui confirmationem Idem Advocatus Juramentum Rotha in Jure Magdeburgensi Culmensi descripta adimplere et præstare tenebitur. Quem taliter Electum et confirmatum Advocatum simul et Prolocutorem ejusdem Oppidi nominari volumus. Nihilominus notarium habilem et Idoneum Juris et Legis gnarum ad gerenda acta, suscipiendasq' Transactiones et adformanda scripta: bendaq' Decreta in eodem Oppido Sohotow aptum per eosdem Septem Scabinos eligendum similiter Juratum esse habendum et conservandum statuimus. Vt autem Idem Magnificus Oginski Supremus M. D. Litt. Marschalcus quá ejusdem Oppidi Sohotow Hæres, ex eodem Oppido suo Hæreditario majora incrementa, commoda et emolumenta habere valeat, Fora annualia et Septimanalia in eodem Oppido Sohotow hucusq' celebrari solita, approbanda, confirmanda, instituendaq' esse duximus, approbamusq', innovamus et instituimus hisce Literis nostris scilicet nundinas seu Fora annualia Jarmarki dicta Decem quolibet anno agitanda, utpote Primum Forum annuale pro Feria Quinta magna Cœnæ Domini, Secundum pro Festo Ascensionis in Cœlum Christi Domini, Tertium pro Festo Sacratissimi "Corporis" Christi Domini, Quartum verò Forum Annuale pro Festo Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris, Quintum denique Forum annuale pro Festo Sancti Michaelis Archangeli, Sextum rursus pro Festo Protectionalis Beatissimæ Virginis Mariæ, aliàs na Swięto Pokrowe Russis juxta Calendarium Ruthenum, Septimum autem Forum pro Festo Sancti Rochi, Octavum deinde Forum pro prima mensis Januarii, nonum pro stremo pro Festo Sancti Mathiæ, Decimum denique Forum pro Festo Annuntiationis Beatissimæ Virginis Mariæ. Septimanalia verò Fora Targi dicta binis quolibet Septimana vicibus, utpote Diebus Dominicis ac Feriis Quintis in eodem Oppido Sohotow celebranda et peragenda decernimus. Ad quæ quidem utraq' Fora tam annualia quam Septimanalia ejusdem Oppidi Sohotow Liberum et licitum erit omnibus hominibus cujuscunque status Sexûs et conditionis, Loci et Nationis, tum Mercatoribus omnibus, cum quolibet genere mercium pro nundinis ipsis annualibus semper per unam Septimanam celebrari debitis atque Foris Septimanalibus agitandis et celebrandis confluere et convenire, descendere, atque rite, tutè et secure emere, vendere, res pro rebus, merces pro mercibus permutare, omnia et singula negotia licita et honesta peragere, et perficere, Venientes quoque ad hasce nundinas

annuales et Fora Septimanalia, et ex illis redeuntes, ea utentur securitate, qua omnes in Patrocinium et Protectionem nostram suscepti uti consueverunt, nisi forte aliqui tales reperti, notati et suspecti fuerint, quibus Bonorum Hominum consortium denegatur, et quos Leges Publica Patria ferre et pati non permittunt. Que omnia superius descripta, firma, rata, grata et inviolabilia fore et esse volumus, ac pro Nos Serenissimorq; Successores nostros manutenenda cavemus et spondemus. In quorum majorem fidem presentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsavie Die VII. mensis Junii Anno Domini MDCCLXI. Regni vero nostri XXVIII. Anno. Innovatio Juris Magdeburgensis Culmensis cum collatione Jurium, Libertatum, Nundinarum Annualium ac bini Fori quilibet Septimana celebrari debiti pro parte Oppidi Sokolow Magnifici Ogiński Lupreni Magni Ducatus Lithuani Marschalci Hereditarii In Palatinatu Podlachiæ Terra vero Drohiczensi siti, confertur.

Augustus Rex. Locus Sigilli Cancellariæ majoris Regni. Adalbertus Rabowski Scultator Terræ Vizensis Sigilli majoris Regni Secretarius mp.

Quas ejusmodi Literas Originales supra descriptas, sicut premittitur per oblatam porrectas, nos ad Acta presentia suscipi, inscribi et ex ipsis fideliter de verbo Ad verbum descriptas Parti postulanti Authentice extradi, Originale vero Offerenti rursus restitui fide quo recepto Cancellariam quietavit. / permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsavie Sabbathô post Festum Sancti Barnabæ Apostoli proximô Die scilicet Decima tertiâ Mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo Regni vero Nri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mfici Dni Lupreni Regni Cancellarii.

Roborat Scriptum Obligatorium in rem Gnôsi Jablenta. Gnôsus Casimirus Poniatowski Succamerarius Regni.

Augustus Rex &c.

Significamus &c. Quod coram Actis presentibus Metrices Rni Cancellariæ Nrô minoris comparens personaliter Generosus Casimirus Gioleh Poniatowski Succamerarius Regni, sanus mente et corpore existens recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quô ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevole recogno:

recognovit et præsentibus recognouit. Quia Ipse Scriptum suum certum manuale
obligatorium de Data illius hic Varsaviæ Die hodierna in actu contenta in
rem et Personam Gnóri Gablentz Succamerarii et Vicevenatoris nostri datum et
Conscriptum, manu sui Recognoscentis subscriptum et sigillatum, Ligamentis
in eodem expressis firmatum, in omnibus ejusdem Scripti conditionibus, contentis,
punctis, clausulis, articulis, nexibus et ligamentis, beneficiisq; generaliter uni
versis, in toto in rem et Personam memorati Gnóri Gablentz roborat, appro-
bat, confirmat, et ratificat, eidemq; tam in toto, quàm in quavis ejus mini-
ma parte stare, patere, et in omnibus satisfacere se suis cum Successoribus
inscribit et obligat. Idque sub vadio Summæ Quingentæ millium Flo-
renorum Polon. per se Recognoscentem Successoresq; suos in casu præmi-
ssionis præsenti roboratoriæ et Scripto profato obligatorio in aliquo con-
traventionis, præmissorumq; omnium et singulorum in ijsdem contento-
rum non completionis, eidem Gnóso Gablentz Succamerario et Vicevena
tori nostro Ejusq; Successoribus ad solvendum luendo et succumben-
do, nullo modo evadendo. Pro quo quidem vadio rec. ipsa principali in
casu alicujus Contraventionis Status existens memoratus Gnósus
Recognoscens ex Instantia sui Gnóri Creditoris sive Ejus Successorum in
Foro ubiquinario peremptorie respondebit. Hac sua personali
Recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscripti-
onis roboratoriæ de jure firmissima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manu propria se subscripsit.

Adoniatow. Li

Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam sic ut præmissum factam
et recognitam nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem
ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter describtam
Parti postulanti Authenticè extradi permisimus. In quorum fidem
Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feria secunda ipso Die
Festi Sanctorum Viti et Modesti Mar-
tyrum videlicet Decimaquintâ mensis
Junii Annô Domini Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo Primô. Regni vero
Nostri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mfici Dni Supremi
Regni Cancellarii.

Quietat Gnósus Osolinski Admodum Dnum in Christo Patrem Cajetanum
Soltyk Epscum Crac. de Summa Duor. millium Sexcentor. Aurcor. Hungaricalium.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris comparens personaliter Generosus Alexander Comes de Tęczyn Ossolinski Capitaneus Drohiciensis, Generosorum Joannis Stanislai Comitis de Tęczyn Ossolinski et Ludovicæ de Zatuskie Castellanorum Gostinensium Conjugum filius, et ad infrascripta peragenda per eosdem Generosos Ossolinskie Parentes, in Curia Regia Nurensi; Feria Quartâ ante Festum Sancti Antonii de Padva Confessoris proximâ Anno nunc currenti 1761. constitutus et inscriptus Plenipotens, suo et Generosorum Principalium suorum nomine agens, sanus mente et corpore existens, recedendoq; à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis privilegiis, huic autem Jurisdictioni Nrę Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se suosq; Principales subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognovit et præsentibus recognoscit.
Quia Ipse Admodum Rndum in Christo Patrem Dominum Cajetanum Soltyk Episcopum Cracoviensem Ducem Severiæ, Ejusq; Successores Sanguinis, jam exnunc et defacto de Summa Duorum millium et Sexcentorum Aureorum Hungaricalium, Jure Obligatorio per Nobiles Antonium Leullier et Sophiam de Ruschety Conjuges coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ minoris Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proximo Die videlicet Septima mensis Julii Annô 1759 nô super Palatio antiquitus Juszynskich dicto, inscripta et assecurata, ad præsens verò realiter levata, ac in effectu ibi Recognoscenti suisq; Generosis Principalibus ad mentem Contractus Obligatorii et Inscriptionis exsoluta et enumerata, quietat, emittit liberum, absolutumque eum Successoribus facit et pronuntiat, suprafatum Palatium prænominati Admodi Domini Episcopi Cracoviensis hereditarium ab onere Juris Obligatorii et quibusvis prætensionibus eliberat, exvinculat et absolvit, Contractum et Inscriptionem ad eundem rese referentem per Nobiles Leullier Conjuges, anteactos dicti Palatii Hæredes facto et recognito cassat, mortificat et annihilat, nihilq; jam amplius Juris, prætextus aut cujusvis prætensionis respectu dictæ Summæ Duorum millium Sexcentorumq; Aureorum Hungaricalium et Juris Obligatorii, ad prælibatum Admodum Dnum Episcopum Cracoviensem Ducem Severiæ et Ejus Successores, sibi suisq; Gnosis Principalibus Castellanis Gostinensibus relinquit et reservat, quinimo silentium imponit perpetuo et in avum. Hac sua per-

sonali

sonali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Quietato-
riæ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Quæ pro majori firmitate
manu propria subscripsit. Alexander Ossolinski Cancl

Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut premissum factam et recogni-
tam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter describtam, Parti postulanti authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra

Donat causa mortis medietatem suam Culmensem Bonor. Magnifica
Helena Oginska Gnózis Oginskim Fratribus.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancella-
riæ nostræ Minoris comparens personaliter Magnifica Helena de Oginskie
Suprema M. D. Lit. Mareschalca, in personali Magnifici Ignatii de
Kozietulo Supremi M. D. Lit. Mareschalci mariti sui assistentia,
corpore quidem debilis mente tamen sana existens, recedendo à Foro
Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet se
subjiciendo et incorporando palam, liberè ac benevolè recognovit ex
præsentibus recognovit. Quia Ipsa prole desiderata seu Succes-
soribus de lumbis suis procedentibus carens, et jam in provectiori
et semper valetudinaria ætate existens, contemplatione ipsius
mortalitatis, quæ omnibus certa, incertitudine temporis tamen
formidabilis, jam exnunc Generosis Andreæ Bobola Capitaneo
Osmianensi et Matthæo Merecensi Oginskim suis Consangui-
neis ipsorumq. Successoribus, medietatem Palatii murati hic
Varsaviæ in Suburbio Cracoviensi, inter Palatia Nostrum absque
et Magnifici Principis Czartoryski Palatini et Generalis Terræ
Russiæ et Podoliæ parte ab altera situati, item medietatem Curiæ
Lignea in Solec, atq. medietatem Palatioli et Curiæ in oppido Praga
hic ad Varsaviam post Vistulam consistentium, seu veriùs totam
portionem suam Uxorialem Culmensem ex jure matrimonii
in hisce Bonis acquisitam, mera, vera, pura, donatione causa
mortis ex eodem Jure Culmensi practicata, dat, donat, inscribit,
et resignat, ad habendum, tenendum, dandum, donandum, ven-

dendum, alienandum ingue uous beneplacitos suos et successorum suorum convertendum perpetuo et in aevum. Intromissionem Officialium in easdem medietates Palatii, Curiolae, tum Palatioli ac curiae supra. nominatorum, praesentibus Donatorum, post mortem tamen suam supranominatis Donatariis suis, dat et admittit. Hac tua personali Recognitione ad praemissa mediante. Alias informa Donationis causa mortis de jure plenissima et perfectissima Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Helena z Koziel ska Marszatkowa Wielka Xięż
Starościna Borysowska Mackowska Koziańska
Ignacy z Koziel ska Ogiński Marszałek
Wielki WXL Borysowski, Mackowski, Ko
ziański Starosta, Jako Assystent
mp

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sic ut praemissum factam et recognitam nos firmam ac de jure validam haberi volentes eam. dem ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter deseri: ptam parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum Fidem &c. Actum Varsaviae ut supra.

Actum Varsaviae Feria Quartâ post Festum Sanctor. Viti et Modesti Martyrum proximâ Die scilicet Decima Septimâ Mensis Junii et Annô Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primô. Regni verò Nri Annô XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mgfici D. Supremi Regni Cancellarii ut supra.

Recedit à Manifestationibus et Terminis contra Gnôrum Thadei Lipski factis, Gnôrus Osolinski Capitaneus Drohiciensis.

Augustus Certius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nrae Minoris comparens personaliter Gnôrus Alexander Comes de Tęczyn Osolinski Drohicien Capitaneus, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis

qui.

busvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae, quo ad infra scripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, pdam, libere ac benevole recognovit et presentibus recognoscit. Quia Ipse Gnosum Thadeum Cajetanum a Lipie Lipsko „Castellanum Brzezinen“ et Ejus legitimos Successores de Manifestationibus quibusvis ratione quarumvis pretensionum, ex negotio Summa super Bonis Sobotow et Kupiczyn cum attinentiis modo obligatorio sibi Gnoso Recognoscenti per modernum Gnosum Quietatorium, precedente omnimoda Jurium obligatoriorum solennitate inscripta, intervenientium, coram Actis Authenticis Regni factis ex ratione per Magnificum Oginski Marschalcum Magni Ducatus Litt, modernum dictorum Bonorum Sobotow et Kupiczyn cum attinentiis Juris perpetui Quaesitorem circa quaesitam praecedentium Bonorum in personam sui ab eodem Gnoso Lipski Castellano Brzezinensi moderno Quietatorio hereditatem, ad deportandum onus Juris obligatorii in se coassumpti, quietavit, liberum, absolutumq ex rationibus praemissis, nihil sibi amplius ad Personam dicti Gnosi Lipski Castellani Brzezinen pretensionis reservando, fatit perpetuo. Necnon Idem supradictus Gnosus Recognoscens a Terminis coram Actis Authenticis quibusvis Regni contra eundem modernum Gnosum Quietatorium ac alios ad Judicia Tribunalitia Regni intuitu contentorum in eisdem Terminis expressorum, exportatis non derogando quidquam Juri suo Obligatorio recedit. Hanc suam Personali Recognitione ad promissa mediante. Alias informa Recessus et Quietationis de jure plenissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit. A Ossolinski Cdr mpp

Quem ejusmodi Recessum seu Quietationem de Manifestationibus et Actis sic ut praemissum facta et recognita nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descripto Parti postulanti Authentice extradi permisimus In quorum Fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feriâ Secundâ ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Die scilicet Vigesima Secundâ mensis Junii Anno Dñi Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo Primô. Regni vero Nri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mfici Dñi Supremi Regni Cancellarii ut supra

Constituit

Constituit Plenipotentem Gnōrus Joachimus Czerny Vexillifer Osviecimen.
Gnōrum Franciscum Suchodolski.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus mentices Regni Cancellariæ
Mtis Minoris comparem personaliter Gnōrus Joachimus Schwartzemberg de
Wittowice Czerny, Vexillifer Osviecimensis, sanus mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Mtis Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, libere ac bencvole recognovit.
Quia ille suo et Gnōsæ Symphorosæ de Nizniczyckie Consortis suæ legitimæ
nomine, ad omnes in genere et singulas in specie causas et actiones
suas Judiciarias in omni Judicio et Officio Regni majoris, minorisve
Libelli, etiam Judicio Tribunalitio Regni Lublinensi sive Petricoviensi
cum quibusvis Personis, ratione quarumvis rerum, prætensionum, ne-
gotiorum et injuriarum, tam ex Actoratu quàm et reatu sui Recogno-
scentis inuidentes et inuidendas, habitas et habendas, in suum verum
et legitimum Plenipotentem Gnōrum Franciscum Suchodolski Regentem
Belnensem ad annum integrum eligit inscribit et ordinat. Dans et con-
cedens idem memoratus Recognoscens præfato Plenipotenti suo plena-
riam facultatem et omnimodam absolutamq; potestatem, Causas eadem
et actiones quascvis suas judiciarias instituendi et intentandi, insti-
tutas et intentatas proponendi, promovendi, defendendi, juregitucndi
et ad debitum juris finem et effectum deducendi, Processus inchoandi
inchoatos continuandi, Decreta suscipiendi à contrariis provocandi, jura-
menta affectandi, Arresta imponendi et relaxandi, Bona sua et Gnōsæ
Consortis sui Recognoscentis quæcvis hæreditaria resignandi, obligandi, et
arendandi, Contractus resignatorios, obligatorios et arendatorios cum
quibusvis Personis ineundi, Summas levandi, aut contrahendi, de le-
vatis quietandi Transactiones Officiosas quascvis recognoscendi, pœnas
judiciales levandi et delevatis quietandi, ratione non exolutarum
jure agendi, Intromissiones in pœnis decretis ac reprimjali offerendi
et acceptandi, alios Plenipotentes in locum sui substituendi, substitutos
revocandi, actus Condescensionum admittandi, Complanationes ineundi
cæteraq; omnia vera et legitima Plenipotentes concernentia agendi et
exequendi. Promittens et inscribens se et Gnōsam Consortem suam fir-
dotum, quidquid per eundem Plenipotentem suum, nomine suo et dicte
Gnōsæ Consortis, actum, gestum, constitutum fuerit, pro rato et gra
to suscepturum et Transactiones quòvis tempore, coram Actis
Authenticis Mtis approbaturum et Gnōsam Consortem suam susceptura-
Fiat ad omnia omnia vigore Plenipotentiæ coram Actis Castren Cracovien Feria secunda ante
Fm S. Norberti Epi pxâ Anno currenti ibi Recognoscenti data et recognita, consentientem.

et approbaturam. Itque sub damnis terrestribus ad simplicem verbi assertionem taxandis et edicendis. Pro quibus citatus existens, in quovis Fori sibi competenti respondere tenebitur. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante: Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Joachimus Schwartzemberg Perpetuus Vexillifer Brzeciensis.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factum et recognitum nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta presentis scripti inscribi et ex ijdem fideliter descriptam parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Originalis Protestationis per Senatores et Nuntios Terrestres ad Comitia Regni in Anno 1613. Varsaviæ celebrata, congregatos facta, contra Privilegium super Universitatem Posnanien per Patres Societatis Jesu a Divo Sigismundo Tertio impetratum.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus metrices Regni Cancellariæ Nrâ minoris comparens personaliter Venerabilis M. Jacobus Marcinkowski Utriusq; Juris Professor, Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum Cracovien Primicerius, obtulit ad acticandum, Actisq; ijdem ingrossandum Literas papyreas Originales, manibus Senatorum et Nuntiorum Terrestrium subscriptas & sigillis eorundem communitas, Protestationem contra Privilegium super jus universalis Studii per Religiosos Patres Societatis Jesu Collegii Posnanien quondam obtentum, in se continen sanas, salvas, neque diuturnitate temporis in suis essentialibus contentis vitiatas, omniq; suspicionis nota carentes tenoris sequentis = Nos Senatores ac Nuncii ex equestri Ordine Terrarum et Dominiorum Poloniæ Regni ad Comitia generalia congregati notum facimus, quod cum in Comitiis præsentibus Nobis innotuisset Patres Societatis Jesu pro Collegio Posnanien Jus et titulum Universalis Studii, facultatemq; decernendi, honores Academicos a Serenissimo Rege Nro impetrâsse, idq; Privilegium nomine Ordinum Regni sibi concessum jactent. Nos recognoscentes Privilegium illud præjudicare Regni juribus, quibus antiquissimæ Academiæ Cracovien jura et prærogativæ sunt stabilita, et in corpore legum nostrarum clausa, præsenti Scriptura attestamur et protestamur illud Privilegium quodcung super Jure Universitatis sive Universalis Studii, potestateq; in Litteris promovendi Patres Societatis Jesu habere se prætendunt esse contra Jura Regni, ac contra Consensum et voluntatem Nram

primariæ partis Regni et firmamenti Reipublicæ Polonæ, illud proinde robur non habere cum nobis inscijs contra formulam Legum Regni sit concessum. Laboraturosq; nos tempore et loco suis, ut idem Privilegium sicuti est nullum, declaretur esse nullum. Quam quidem contra prædictum Privilegium nostram Protestationem Scriptura præsenti comprehendimus ac subscriptionibus et Signis nostris signamus, ne ab ijs quorum interest, prætensum Privilegium fortasse roboretur. Actum et datum Varsaviæ in Comitijs Regni generalibus Die Vigesima nona Martij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tredecimo. Nicolaus Olesnicki de Olesnica Castellanus Radomien mp. Locus Sigilli. Janussius Radziwill Dux in Birze Dubingij, Mucquo, et Kopyl. Sac: Rom: Imp: Prin: mag: Duc: Litt. Pocillator manupropria Lt S. Georgius Dux in Zbaraz Nuntius Terrestris mp. Lt S. Hasecz Skrzemyllia mp. locus † Sigilli. Sigismundus Kamienski Nuntius Terrestris ex magno Ducatu Lituaniæ terræ Wilkomirien manupropria Locus † Sigilli. Stanislaus Czikowski Gnesn. Terræ Cracc Succam. et Nuncius mp Locus † Sigill. Stanislaus Lubomirski Comes in Wisnicze Salecensis, Scepusiensis Capitaneus Ter: Palatinat. Sandomir. Nuntius mp. Locus † Sigilli. Stanislaus morski z Morska Poset Wdztwa Krak. manupropria Locus † Sigilli. J. Illustrissimi Pyerlicwicz Pisarz WXLit. Starosta y Poset Bractawski mp. Severinus Wilkomirski de Rudolfowice Vexillifer Terræ Zatoriensis Orator mp. Lt S. Hieronim Podlecki Poset y Podsędek Wilkomirski mp. Locus Sigilli. Cirillus Chrzastowski O. Orwicz - mp. Lt S. Jakowski Podkomorzowski mp. Lt S. Ziemie Zmoickiey Poset Jan Pilawicz Ciwun Szewelowski mp. Lt S. "Adam" ZR Kasz: lowski Nuncius "Prus" Woiwod Culmens LKMtis mp Lt S. Paweł Druzyminski Starosta Janowski Poset Mazowieckiego Wdztwa mp. Lt S. Joannes Suligatowski Nuntius Terris Palatinatus Sendomiriensis mp Lt S. Remigius Lasocki Nuntius Terrestris Cernensis manu propria. Locus † Sigilli. Joannes Oginski Nuntius Terrestris manu propria. Locus † Sigilli. Jan Zbigniew Brzechwa Poset Wdztwa Sieradziego manu propria. Locus † Sigilli. Joannes Gnowski Nuncius Terris ex Palatinatu Sendomirien manu propria Locus † Sigilli. Lucas Kupec Nuncius Terrestris Brestens manupropria Lt S. Adam Chrapowicki Poset y Podsędek Wdztwa Brzeciego mp Lt S. P. Fedor Obuchowicz Pisarz Ziemski y Poset Powiatu Mozyrskiego mp. Lt S. Mikiewiczowski Poset Woiew: Pomorskiego mp Lt S. = Quas ejusmodi Literas originales suprascriptas, sic ut præmissum per Oblatam porrectas, nos ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter de verbo ad verbum descriptas Parti postulanti Authentice extradi, Originale vero ipsum, Offerenti rursum restitui permisimus, de quo recepto ibig restituto Cancellarius Nostram quietavit quietatq; præsentibus, et pro majori fide manu propria resubscripsit.

M. Jacobus Marcin Zowski Utriusq; Juris Professor. Eccles Collegiatæ SS. OO. Cracovien Primicerius. mpp.

Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata alterius Protestationis per Senatores et Nuncios Terrestres ad
nitia Generalia Regni Anno 1605. congregatos, contra Religiosos Patres Soci
Jesu Professa Domus Varsavien et Collegii Posnanien respectu pretensa Schola-
rum Erectionis et Jurium Academiæ Cracovien servientis usurpationis, facta.

Augustus Tertius &c. Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Me
tricis Regni Cancellariæ nris minoris comparens personaliter Venerabilis M.
Jacobus Marciszowski Utriusq; Juris Professor, Ecclesiæ Collegiatæ Omnium
Sanctorum Cracovien Primicerius, obtulit ad Acticandum, Actisq; ijdem in-
grossandum, Literas papyreas Originales manibus Senatorum et Nuncio-
Terrestrium subscriptas Protestationem contra Patres Societatis Jesu Domus Var-
savien et Collegii Posnanien in se continentes, sanas, salvas, neq; diuturnitate
temporis in suis essentialibus contentis vitiatas, omniq; suspicionis nota carentes
tenoris sequentis = Nos infrascripti in Comitiis Generalibus Varsaviæ, Anno cur-
renti Millesimo, Sexcentesimo, Octuagesimo Quinto, celebratis, protunc exi-
stentes, præsertim ante omnia Justibus Reipublicæ, qua inscia et non con-
senciente, quidquid per quosvis ejusdem Incolas agitari compertum fuerit,
in detrimentum ac convulsionem Libertatum nostrarum, Summa omni-
um Ordinum cum injuria strui, parari, cumulariq; manifeste dignosci-
tur, tum providendo indemnitati Prærogativarum, Jurium, Privilegiorum
Almæ Academiæ Cracovien a Serenissimis Regni Poloniæ Regibus
concessorum, et à tota Republica sæpius legitimè confirmatorum, inhæ-
rendo denique antecedentibus Protestationibus totiès ac totiès contra conatus
Patrum Soc: Jesu Statui Reipublicæ nro Privilegiis et ornamentis dictæ
Academiæ Cracovien, pergnam præjudicialibus factis interpositis, sub-
scriptis et publicatis. Primo quidem de Anno Millesimo Sexcentesimo
Tredecimo per Nuncios Terrestres contra Privilegium Patribus Soc: Jesu
pro erigend Posnanien Academiæ concessum, interposita et protunc
(: interveniente Superiorum prohibitione, ne quid Patres Societatis eo loci
in præjudicium dictæ Academiæ Cracovien facerent :) effectuata. Alteri
vero per totum Palatinatum Cracovien, adversus Erectionem pariter
Academiæ Leopolien ab ijdem Patribus Soc: proximis ante Annis atten
tatam facta; et pariter in favorem ejusdem Almæ Academiæ Cracovien
impositio ijdem Patribus perpetuo Silentio, ad effectum deducta. Tertio
item per Illres, Magnos ac Gnos Dnos Senatores, Dignitarios, ac Nuncios
Terrestres ad Conventum Electionis Serenissimi olim Michaelis Regis
Poloniæ congregatos, in et contra Scholas ab ijdem Patribus Varsaviæ,
irrequisitâ Republica et Illrmi Loci Ordinarii Inhibitione spretâ ac
vilipensâ, ausu Scandaloso apertas. Quarto per Magnum ac Gnum
D. Stephanum Constantinum Piaseczynski Capitaneum protunc Bras-

clavien

darien^s, nuncvero Castellanum Brestens^em, coram Actis Varsavien^s
Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono, Sabbatho post Festum Vi:
sitationis Bm^æ Mariæ Virginis. Quinto per Nr^os ac Gn^osos DD.
Dignitarios, ac Nuncios Terrestres in Conventione Gn^ali Varsaviæ coram
Actis Castrensibus Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschæ
proxima Anno^ 1667. aliisq^ Protestationibus per varias personas factis,
et varia ad Acta oblatis, ac ingrossatis, tum Privilegio Erectionis ejus-
dem Almæ Academiæ Cracovien^s, omnibusq^ ejusdem Juribus in Volumine
Legum hujus Reipublicæ contentis, ac novissima Protestationi in pro:
xime^ præteritis Comitiis Grodnen^s, per Illr^es Nr^os ac Gn^osos Senatores
Dignitarios et Equestris Ordinis Nuncios Grodnæ Die 14. Januarii
Anno 1679. factæ et promulgatæ et ad Acta Castrensia Capitaneatus
Chełmen^s oblatæ ac ingrossatæ, Feria Quintâ^ magna 1679. solemniter
protestamur, et manifestamus, Subscriptionibusq^ manuum Nr^arum
declaramus, in et contra Rndos ac Religiosos Patres prædictos, Provincia-
lem Rectorem, aliosq^ Patres Professos Domus Varsavien^s et Collegii Po-
sn^anien^s ejusdem Soc: Ideo: Quia Ipsi immemores Religiosæ voca:
tionis suæ ex primævo Instituto ambitum omnem refugientis Apo-
stolico præcepto, Subjectionem Præpositis, et penes quos Imperium est,
debitam, non obtemperantes Legibus, neminem cum alterius injuria
delinquere volentibus, contravenientes. Licet alioquin tot inter-
positis amplissimorum hujus Regni Ordinum Protestationibus, Superiorum^q
suorum, interveniente renitentiâ et Inhibitionibus, ne ejusmodi attentatis
molimina, jam ante admoniti, præcauti, impediti^q sunt; Nihilominus pro
libitu suo, et agendi licentia, hic primum Varsaviæ Scholas aperire, funda-
tionem^q earum Decreto Tribunalitio, et privatim et publice præjudiciosam
adinventam adstruere, Posnaniæ demum priores innovando conatus Pro-
motiones in facultatibus publicas, Laureatum Doctoralium Prærogativam
Soli Almæ Academiæ Cracovien^s ex vi primævæ Fundationis, Confirma-
tione^q Reipublicæ, et usu antiquissimo debitam, motu proprio, et præ-
sumptâ authoritate Reipublicæ, irregulito Omnium Ordinum Consensu usurpare
et de facto moliri, eaq^ temeritate Jus publicum, Jurisdictionem Reipublicæ
violare, in Jura dictæ Almæ Academiæ Posnanien^s involare, eaq^ orna-
menti^s propriis, summa cum injuria ejusdem spoliare audent, et præsu-
munt. Quocirca Nos pro Officio Nro, quod Nobis super assertione Juris
Authoritatis^q Reipublicæ competit, proq^ Jure patronatus ejusdem Almæ
Academiæ Cracovien^s omnes Ordines Hujus Regni concernente, contra
prædictam Erectionem seu Fundationem Scholarum prætensarum, et uti
præmittitur, attentatam ab ijsdem Patribus Posnaniæ, Doctoralium
Promotionum usurpationem ac Juris Canonici Prælectiones protesta-
mur solemniter in hac Residentiæ Regiæ, et Comitiorum loco.

Eidem

Eidem Erectioni seu Fundationi pretensa, Promotionibusq' in prajudicium prae-
dictae Universitatis Cracovien usurpatis, acquibusq' Instrumentis super pre-
missis quomodocunq' obtentis, et undecunque emanatis contradicimus, redin-
tegrationemq' juris publici, Authoritatis Reipublicae evictionem, occlusionem
prafatarum Scholarum et solius Almae Academiae Cracovien circa jus et posses-
sionem conferendarum Laureamq' privative quo ad omnia hic in Regno Pa-
trum Soc.ti Jesu Collegia conservationem nostrum gere offerimus. Stephs Wierz-
bowski Episcopus Posnaniensis manu propria. Andreas Potocki Castellan Cracov
Supr. mpp. Felicianus Potocki Palatinus Cracoviensis mpp. Joannes Wielopolski
Cancellarius Regni mpp. Mar: in Zam.ci Zamoyski Thes: Reg. Polo: Bel Bolem
Cap: mp. Michael Warszycki Emanuel Regni mp. Joannes Edrowaz Pieniazek
Palatinus Siradiensis mp. Carolus Tarlo Palatinus Lublinensis Cap.ne Stry mp.
Michael Dzialynski Palat.s Culmensis m.pria Alexander Lubomirski
Marszatek Ducis Ruthenorum mpp. Martinus Lones a Obory Oborski Castella-
nus Terrarum Podlachiae, Liven, Polembien, Stryycen, Perpetuus Gubernator mp.
Stephanus Const: Piaseczynski C.B.B.S.C. Eques Auratus de Dannetreg. Stani:
slaus Dunin Borkowski Castellanus Potanecen mp. Stanislaus Szczuka Regens
R. Nunt. T. V. mp. Josephus Lubomirski Prof. Stab. R. Nuntius Palatinat.
Landomirien mp. Carolus Casim: de Smogorzow Urzicowicz Notarius et Nuncius
Palatinat. Landomirien. Stanislaus in Jozefow Jozefski Podstoli Sendr. et Nun-
tius mp. Stanislaus Pegaborski Capitaneus Matogostensis Nuntius Lend.
mirien mp. Stanislaus Xi. May Nuntius Landomirien mp. Vespas:
anus Sienicki Dapifer et Nuntius Terra Chelmen mpp. Georgius Opacki
Capitaneus Rickyvolien Nuntius Terra Czernensis mp. Samuel Franciscus
Opacki Dapifer Varsavien Nuntius Terra Vienensis mp. Fr: Wessel
Rozanensis. Macov: Capitaneus Nuntius Terra Rozanensis mp. Marcus
Butler Drogicensis Capitaneus Nuntius Palatinatus Podlachiae Terra
Drohicensis mp. Stan: Jodkowski Subdap: R. Nuren Nuntius ex Palat.
Podlachiae mp. Andreas Drohojowski Vexillifer Palat. Lublinen Nuntius
Palat. Kijovien mp. Alexander Latuski Vexillifer Raven Nuntius Pa-
latinat. Ravenn mp. Joannes Georgius Przebendowski Capitaneus Mirach.
vien Nuntius Terrarum Prussiae mp. Stanislaus Bykowski Przed: Cod.
Capneus, Nuncius Palatinat. Lanic.ien mp. Stanislaus Constanti Walewski
Vexillifer et Nuntius Palatinatus Siradiensis pro. Gaspar Theodorus Sieria-
nowski Pincerna Terra Vielunen mpp. Duas ejusmodi Literas Originales
supra scriptas, sicut praemissum per oblatam porrectas, nos ad acta praesentia
assumpsi, inscribi ex ijsdemq' fideliter de verbo ad verbum descriptas Parti po-
stulanti authentice extradi, Originale vero offerenti restitui permisimus, de
quo recepto ubiq' restituto Cancellariam nram quietavit, quietatq' praesentibus, et
pro majori fide manu propria se subscripsit.

M. Jacobus Marcin Zawacki Utriusque Juris Professor. Lectoris et
Collegiata Ss. Cc. Cracovien Primicerius. mpp. Actis ut supra

Recedit à Manifestatione certa contra Gnos Wodzicke Castellanos Sandecen. facta, Gnosus Franciscus Ferdinandus Lubomirski S.R.Imperii Princeps Biecen. &c. Capitaneus.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus metrices Regii Cancellariorum comparens personaliter Generosus Franciscus Ferdinandus Comes in Wisnicz et Jarostaw Lubomirski Sacri Romani Imperii Princeps, Biecensis, Olsztinensis &c. Capitaneius, Ordinis S. Huberti Eques, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Regiae, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et inscribendo, palam, libere ac benevole recognovit. Quia Ipse à Manifestatione certa per se Recognoscente coram Actis Castrensibus Biecensibus Feria Tertia à post Festum Sanctissimae et Individuae Trinitatis proxima Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Septimo contra Gnosos Wodzicke Castellanos Sandecenses Conjuges, denuntiatae Intromissionis in Bona Fratris Porembensis accepta, ac de Invasitate Quarumvis Transactionum respectu supradictorum Bonorum Fratris Porembensis, cum Magnifico Januario Duce Sanguszko Cancellario Magni Ducatus Lithuaniae Marschalco initarum et subsecutarum, facta et recognita, exnunc et de facto recedit, eandemq; Manifestationem cum omnibus et singulis contentis cassat, mortificat et annihilat. Hac una Recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Recessus à Manifestatione de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

F Lubomirski Wdz

Quem ejusmodi Recessum à Manifestatione supra expressa, sic ut praemissum factum et recognitum, Nos firmum ac de Jure validum haberi volentes, eundem ad Acta praesentia suscipi, inscribi et exjsdem fidei Descripto parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Approbat Transactiones per Plenipotentem occasione Bonorum Fratris Porembscensis, in rem Gnosi Petri Wodzicki Castellani Sandecen. factas et recognitas, Gnosus Franciscus Ferdinandus Lubomirski S.R.I. Princeps, Biecen. Olsztinen. &c: Capitaneus.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis praesentibus metrices

Regii

Regni Cancellaria Nra Minoris comparens personaliter Generosus Franciscus Ferdinandus Comes in Wisnicz et Jarosław Lubomirski Sacri Romani Imperii Princeps, Biecensis, Olsztinensis &c. Capitaneus Ordinis S. Huberti Eques, olim Magnifici Georgii Dominici Lubomirski Palatini Cracoviensis Filius, olim autem Mgnifici Sebastiani Georgii Lubomirski Supremi Mareschalci et Capitaneatorum Regni, olim Gnosi Hyacinthi Constantini Lubomirski Pedillatoris Regni, Bonorum Tractus Porembicensis cum adhinentiis, in Palatinatu Cracoviensi, Districtibus verò partim Siricen., partim Landecen. jacentium et consistentium ac aliorum Divizione Ipsi cessorum Haeredis, sterviliter de hac hucc decessi Fratris germani nepos, olim verò Mgnifici Stanislai Lubomirski Palatini Cracoviensis Pronepos, porro olim Gnosi Sebastiani Lubomirski Castellani Voynicensis Bonorum eorundem vigore Commutationis Constitutione Regni Anni 1607. approbatæ originalis Haeredis Abnepos, sanus mente et corpore existens, recedendo à Toto Terris et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nrâ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda adhinet, resubjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognovit. Quia Ipse eliberando Gnosum Franciscum Dobrzynski Thesaurarium Nurensem per se Recognoscentem ad ineundas infraspecificatas Tractationes Officiosas coram Actis Curiæ Regiæ Varsavien. Sabbatho intra Festi S. Thomæ Apostoli, Anno immediate elapso 1760. specialiter constitutum Plenipotentem, ab onere effectionis apud se modernum Gnosum Recognoscentem ingeriis nominatæ approbationis circa hasce Tractationes minimum Contractum resignatorium instituta Bonorum Tractus Porembicensis cum adhinentiis, utpote Porąba magna, Niedzwiedź, Podobin, Mszow, Superior Zawada, Zastowka, Ostrowka Lubomirz, Konina, Urzow, Zagronce et Koninki in Palatinatu Cracoviensi, Districtibus autem partim Siricensi, partim Landecensi consistentium, inter eundem Gnosum Franciscum Dobrzynski Thesaurarium Nurensem, uti Cui Recognoscentis modo quo supra specialiter constitutum Plenipotentem ab una et Generosum Petrum de Granow Wodzicki Castellanum Landecensem parte ab altera in Nova Civitate Corczyn Die Secunda Mensis Martii Anno presenti 1761. confectum, et conscriptum, manibus suis subscriptum, quam Roborationem ejusdem Contractus Resignatorii ab utring. tum Cessionem de Summis et Juribus super ijsdem Bonis hærentibus, necnon Inscriptionem Donatoriam suprascriptorum Bonorum Tractus

Porembensis cum attinentiis, insuper quietationem de totali pretio pro-
ijdem Bonis officiosas per supradictum [illegible] Gnōrum Franciscum
Dobrzynski Thesaurarium Nurensem. coram Actis nova Civitatis
Corczyn, sub uno eodemq; Actu videlicet Feriâ Tertia post Dominicam
Latare Quadragesimalem proxima Anno eodem 1761. inren et per-
sonam supradicti Gnōsi Petri de Granow Wodzicki Castellani Sandecen
factas et recognitas. ad Actag Officii Castrensis Capitanealis Cracovien
Sabbatho post Festa Solennia Paschæ proxima Anno itidem presenti
ad acticandum per oblatam porrectas, pro re sui Gnōsi Recognoscentis
apposito, supra exaratas Transactiones omnes officiosas, respectu
memoratorum Bonorum Tractus Porembensis cum attinentiis, nempe
Contractum Resignatorium cum ipsius roboratione, Cessionem supra
memoratam Inscriptionem Donatoriam atq; Quietationem de pretio
universali uti nomine et ex Speciali commisso, cuius acconsensu
sui Recognoscentis, cum prefato Gnōso Petro de Granow Wodzicki
Castellano Sandecensi una cum Evictione initas ritq; ac legitime
subsecutas in omnibus earundem Transactionum conditionibus,
punctis, Clausulis, Articulis, Nexibus, Ligamentisq; Vadiis, Damnis
Terrestribus in iisdem contentis approbat, confirmat, et ratificat,
ac pro firmis, validis, vimq; et robur perpetuitatis in se continen-
tibus habere vult et declarat. Evictionemq; generalem cavet. Hac una
personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscri
ptionis approbatoriæ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima
Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

F. Lubomirski W. M.

Quam ejusmodi Inscriptionem Approbatoriam sic ut premissum factam et re-
cognitam nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad acta
presentia assumpsi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actis ut supra

Offert Manifestationem nomine Gnōsi Clementis Zamoyski
Ordinati Zamoscensis Gnōsus Ignatius Balicki Vicepalatinus
Urzędoviensis pro juribus Academiæ Zamoscen contra Patres
Societatis Jesu Collegii Leopoliensis.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis Metricis Regni Cancellariæ
nrīæ Minoris Comparens personaliter Generosus Ignatius Balicki
Vicepalatinus Urzędoviensis, Generosi Clementis Zamoyski Ordinati

Zamoscensis Plenipotens, Manifestationem pro integritate Jurium Academiæ Zamoscensis, contra Religiosos Patres Societatis Jesu Collegii Leopoliensis per suum Gnosium Principalem factam et manu Eiusdem propria subscriptam tenoris sequentis= Wiadomo całey Oyczyznie mojey iakowemi męstwa, prac, y vżarow Zasługami Jan Zamoyski Kanclerz y Hetman Wielki Koronny moy Antecessor wolne z Dobr własnych Ordynacyi Zamoyskiey w: fundowanie, obdarzenie pewnemi swobod y Porządkow Przywileiami Miasta Zamościa dawnim złożonego vbespieczenie Akademii wyprawował, y też dwoma za życia swego Konstytucyami, pierwsza w Roku Tysiącznym Pięcsetnym Osmdziesiątym Dziewiątym zezwalaiąca powtorną w Roku Tysiącznym Pięcsetnym Dziewięćdziesiątym approbuiąca pozwoleniem vtwierdzaiący, Sukcessorow swoich do ocalenia y utrzymania onych przysięgą obowiązał. Potym Sprawiedliwość Nayiaśnieyszych Monarchow Polskich Pakтami, y tyleraz Zgromadzonych Rzeczypospolitey Stanow kilko poznieyszemi Seymowemi Decyzyami, wzmocnic, y wszelkim przeszkodom zabiec raczyła. Kiedy zas Wielebni Jeymć Xięża Jezuici Lwowskiego Collegium na vbliżenie tylu oczywistych Konstytucyi Koronnych, na krzywdę y vnizenie Akademii Zamoyskiey moga wszystkich Nayiaśnieyszych Stanow nierozdzielnie na ten czas Zgromadzonych Panowiony, pretextem iedynego wyniesionego Przywileiu Akademia Lwowska erygowac, y co ieszt Wiekow Dzieło, całey Rzeczypospolitey powagą wsparta z gruntu wywrocić, a vzurpowane nad Institutum własney Religii na przywileiu szczegulnie iednym fundiące się Mocarstwo y potęga myśli swoich vtrzymywac vsiłuia. Przeto wypełniona przezemnie na ocalenie Praw Akademii Zamoyskiey przysięga z woli Oyczyzny y Antecessora mego na mnie włożona, Jako Obywatel pobudzony, a Swobodami Oyczystemi, iako Jey Syn zdatnie vrzycony y do vtrzymania onych obowiązany, o derogacyą Praw publicznych, o vtrzymanie Akademii Jure Patronatus całey Rzeczypospolitey vszczęśliwionej, o vzurpacyą Tytułu Od Zamoyskiego byłko w trzech Stanach Zostaiącey Oyczyzny brac się maiącego, manifestuie się maiąc nadzieię w Sprawiedliwości Sądow Jego Krolewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego, iż vznieziony przez:

vna

wna remonstracya Przywileiy pro reponibili uznawszy, y przywłaszczaiąc Sytuł Akademii Lwowskiey zahaczaiąc, Juris Patronatus istotę, przez tyle Lauda Woiewodztw y Manifesta Marszałka y Posłow Seymowych do roztrząśnienia Oyczyzny wprowadzone y należące Juri Monarchico teyże Nayiaśnieyszey Rzeczypospolitey przyzna, do ktorey władzy y Powagi wraz z Prześławną Akademią Zamoyską y Ja sam udać się winien iestem. Dato w Zamoyściu Die 16. Junii 1761. Clemens Ordinat Zamoyski= in Copia parata porrexit, et pro majori firmitate manu propria his in Actis Idem offerens se subscripsit.

Ign. Balicki.

Quam ejusmodi Manifestationem sic ut premissum porrectam Nos ad Acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter dari: ptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ in Crastino Festi nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, Die scilicet vigesimâ Quintâ mensis Junii, anno Dñi Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo Rñi vero Nri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rñdi Dñi Supremi Regni Cancellarii.

Obtert se porrecturum Manifestationem in et contra Gnosam de Horaichie Starzenska Subdapiferam Sanocensem Viduam. Gnosus Mathias Starzenski Capitaneus Branscensis.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c. Quod coram Actis presentibus metrices Regni Cancellariæ Nrę minoris comparens personaliter Gnosus Mathias Starzenski Capitaneus Branscens olim Gnosi Antonii Starzenski Subdapiferi Terræ Sanocensis, steriliter de hac luce decessi Frater germanus et Successor naturalis, sanus mente et corpore existens suo et aliorum Consuccessorum nomine recognovit. Quia Ipse Manifestationem in et contra Gnosam de Comitibus Horaichie Starzenska Subdapiferam Sanocensem, suprascripti olim Gnosi Fratris sui Uxorem, relictam Viduam, idq; providendo integritati Substantiæ mobilis et immobilis Fratris steriliter mebrati olim Fratris sui germani derelictæ, ac demultitate qua:

quarumvis Transactionum Jus naturæ Cadentium, ac de aliis pretensionibus
latiùs in parata copia exprimendis, ad acta præsentia, sive alia quævis
authentica Regni se porrecturum offert et declarat, idque sibi moder-
no actu præcautodit, et pro majori firmitate manu propria se
subscripsit. Matthias Starzenski Capitaneus Brancen.

Quam ejusmodi Præcautionem sicut præmissum factam et recognitam
nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia
suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti authen-
ticè extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ utsupra

Quietat Gnosus Adamus Wagrodzki Notarius Terris et Castren. Zaro-
vien. Gnosam Symphorosam de Nizuzyckie Czerna, de summa 80.
Floren. Polon. de simul edit de Portione seu Sorte sua ex Bonis mobi-
libus et immobilibus post olim Gn. Adamum Nizuzyckie Capitaneum
Bielscen. derelicta concernente.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Nobis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus Adamus Wagrodzki No-
tarius Terrestris et Castrensis Zarovinensis, Generosi Josephi Wagrodzki
Lucamerarii itidem Terræ Zarovinensis cum olim Gnosa Theresia
Nizuzyckia, olim Gnosorum Stanislai in Nizuzyce Nizuzyckie Castella-
ni Lublinensis et Eleonoræ de Lochockie Conjugum primi voti Filia
procreatus Filius, sanus mente et corpore existens recedendo à Pos
Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet
se subjiciendo et incorporando palam, liberè ac benevolè recognovit.
Quia Ipse Generosam Symphorosam de Nizuzyckie Gnosi Joachimi
Schwartzemberg de Wittowice Czerny Vexilliferi Cracovien-
sis Conjugem, de summa Octuaginta millium Florenorum Polonicalium
se Recognoscentem ex Bonis mobilibus et immobilibus satis olim
Gnosi Adami Nizuzyckie Capitanei Bielscensis derelictis, Jure
naturalis Successionis, concernente, ad præsens verò de manibus
Generosi Joachimi Schwartzemberg de Wittowice Czerny Vexilliferi
Cracovien. supradicta Gnosa Symphorosa de Nizuzyckie Amita
sua Maritum, ad mentem Complanationis certa de data illius in
Kozuierzyn Die Vigesima Septima Mensis Junii Anno præterito
1760. inter se Recognoscentem et alios Successores initæ et conscri-

pta

pto, Actis Castrensibus Radomiensibus Sabbatho in Vigilia Festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Anno eodem roborata, levata, realiterq' et in effectu sibi Recognoscenti enumerata, necnon de omnibus et singulis pretensionibus ad diem usq' hodiernam ex quocunq' fonte promanantibus ad dictam Gnózan Symphorozam Czerna Amitam suam habitis et formatis, totaq' sufficienti pro tertia sorte Hereditatis substantiæ Nizeczyciana sibi facta satisfactione, quietat, emittit, liberam absolutamq' cum Successoribus facit et pronuntiat presentis Recognitionis vigore. Adamus dell Wagrodzki N. J. et H. Lipa

Et in continenti Idem qui supra Gnózus Recognoscens sanus mente et corpore existens, mediante quo supra recessu palam, publice, libere ac per expressum recognovit. Quia Ipse in vim prædictæ sibi facta Satisfactionis, realizq' et in effectu Summæ Octuaginta Millium Florenorum Polonicalium, aliàs tertiæ Sortis pro capite sui Recognoscentis ex integra substantia Nizeczyciana proveniens, exsolutionis, jam exnunc et de facto de omni et integro Jure suo, quod, quale et quantum ad Bona mobilia et immobilia, Summasq' quasvis pecuniarias, morte olim Gnózi Adami Nizeczycki avunculi sui derelicta, et in caput suum devoluta sibi Recognoscenti servit et competit, ac hucusq' servicbat et competebat in personam prefatæ Gnózæ Symphorosæ de Nizeczyckie Czerna Vexilliferæ, Successorum cedit, abscedit et condescendit eademq' Bona mobilia et immobilia generaliter universa Jure perpetuo et irrevocabili Donationis titulo ad habendum, tenendum, fruendum, dandum, donandum, vendendum, alienandum, resignandum, commutandum et in alios quosvis usus suos beneplacitos convertendum, dat donat et resignat perpetuo et in avum. Intromissionem exnunc realem et actualem cum pacifica possessionem admittendi, admittendq' nec per se, nec per quasvis subjectas ac subordinatas Personas impugnabit, quinimo eadem Gnózæ modernæ Donatariæ Cessionariæ suæ, præsentibus et acceptantibus, earumq' Successorum, Bona mobilia et immobilia Successorum cedit, abscedit et condescendit

Posteros, intuitu tertiæ Sortis Bonorum Nizeczyciensium in se devolutorum, ab omni et quavis impetitione juridica ex re et Persona sui Recognoscentis, eorumq' Successorum, modo quovis exoriunda, in omni Judicio et Officio Regni, tueri, defendere, evincere, liberare et intercedere se suis cum Successoribus de et super Bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus, hereditariis et

Obliga-

